POEMATA
ET PRORSÆ

QUÆ SUPERSUNT

CRESCENTII CORVINO

DISTRIBUTA

IN QUATUOR LIBROS;

NEAPOLI MIↃIↃCCCIV.
APUD VINCENTIUM ORSINO
Superiorum permissu.

DEDICATIO:

Χαῖρε κεχαριτωμένη ΜΑΡΙ'Α:

DIu mihi cogitanti, ac deliberanti cuinam, ut mos est scriptoribus, opuscula mea devoverem, venit in mentem tibi, o MARIA DEIPARA, ea jure meritissimo deberi. Etenim cum illorum maximam partem in laudem tui *Conceptus sine labe paterna* composuerim, jus fasque esse judicavi tibi sisti, ac dedicari; ecquam meliorem te patronam eligere potuissem, quæ ut verbis utar Athanasianis *domina nostra es*, *Regina*, *& Arca Sanctimoniæ?* Accipe quæso munus levidense; Pro quo mihi hæc quæso rependas, dum mihi merear rependi; effice, ut mea carmina non displiceant, & mihi quoad vixero patrocineris, & in decessu meo ex hac vita adsis benignissima; effice & hoc, ut quæ deinde scripserim cunque, ea te concelebrent, ea te collaudent. Spero me exoraturum.

MAJESTATI TUÆ

Devotissimus & obsequentissimus
Crescentius Corvino.

AUCTOR AD STUDIOSOS HUMANIORUM LITTERARUM.

Cum de vestra, o adolescentes, qui meæ vos disciplinæ tradidistis, ut litteris politioribus imbueremini, Musa pedestri gravissime conquererer, & multa in vestram inscitiam sæpenumero inveherer, a me postulastis, meque etiam, atque etiam rogastis, ut ea carmina, quæ hactenus conscripseram, luci committerem, ac typis mandarem. Sperabatis enim fore vobis illa veluti quædam paradigmata, ad quorum normam ea, quæ a vobis scribenda forent, in posterum exegissetis. Libens equidem volensque promisi me satis desideriis vestris esse facturum. Quocirca forulos, in quibus mea scripta asservaveram, resignavi. Credideritis? nihil inveni. Enimvero Davus meus ustulanda ceteroquin ita merentia quotquot erant & meæ prorsæ, & carmina, dedit igni. Ira me fateor excanduisse, sed frustra: poteram ne infectum reddere, ac diffingere, quod illius fecit improbitas? Quid igitur hoc in casu? Amicis me commeudavi, qui de vice mea dolentes pauca de multis, quæ composueram, quæque typis commendata erant, conquisiverunt, & mihi tradiderunt. Quamobrem respiravi: mecum enim agitavi animo posse quodammodo fidem vobis exsolvere, reque ipsa exolvo, & quæ contraxi a me scripta, credo luci ita omni opere distributo, ut in primo libro epica poemata, in secundo epigrammata, in tertio lyrica carmina, in quarto tandem inscriptiones aliquas, & si mihi dabitur occasio, aliquam orationem vobis proponam, Ceteri lectores ne expectent oro opus cælatum novem Musis: sic namque habeant me vestris ingeniis conformare. Valete.

ANTONIUS MALVASIUS CLARISSIMO CRESCENTIO CORVINO, CUJUS SCRIPTA INVIDI QUIDAM AVIDISSIME CONQUIRUNT, UT COMBURANT.

Ergo nefas tantum potuit quis volvere mente,
Ut tua digna cedro, minioque, auroque tegenda
Scripta velit rapidis (infandum !) tradere flammis?
Quodque tibi victurum æterna in Sæcula nomen
Gloria constituit, satagat damnare tenebris,
Invidiæ stimulis actus, cœcoque furore?
Talia flammato tecum qui corde volutas,
Quamprimum meritas Themidi dabis improbe pœnas.
Te petet iratus nunquam fallente sagitta
Delius; Actutum spoliatum lumine vitæ
Eumenides magno excipient stridore trahendum
Cocyti quo nigra palus Acheronte refuso
Æstuat, inque vadis cœcis ubi Tartarus ipse
Bis patet in præceps, miserando funere mergent.
At vos, qui sapitis, quorum sententia mentî
Est melior, celebrate virum, cui lilia plenis
Dant manibus Charites, cui semper magnus Apollo
Dexter adest; Musis Carum quem suspicit omnis
Turba poëtarum, quem & numinis instar adorat.
Illum si heroo placeat memoranda virorum
Carmine facta sequi magno, celebrique Maroni
Ire putem comitem; tantum se attollit in altum;
Si molles Elegos tentat, tunc dulcior ipso
Exule Peligno graditur, cultoque Tibullo.
Nonne tuos ignes cernis, rapidosque volatus

Æqua-

Æquales paribus pennis, o vatis Horati
Nobilis umbra, ferit cum pectine clarus eburno
CORVINUS lyricas chordas, plaudentibus undis
Castaliis, totoque sonos Helicone probante?
O salve decus eximium Pymplæque, tuorumque
Ornamentum ingens CORVINE; illustris ubique,
Et Sophiæ primos inter celebraris alumnos;
Trans maria & terras longe tua didita fama
Implet utramque domum Solis, nec clarius ullum
Arcadiæ quondam est auditum nomen in oris.
O Superi servate boni, servate faventes
Pervigili cura CORVINI Scripta, nec illis
Annorum series obsit, rabiesque maligni
Hostis. Crudeli lanientur viscera morsu
Codro perfidiæ patri, fraudumque parenti.
Ille notas Vero Dominus quas summus inussit,
Quæque docent falsum vitare fideliter, ausu
Sacrilego delere studet; cum cernat at illas
A Te firmari nitido, sanctoque libello,
Persurit, ac odiis hunc insectatur acerbis,
Justitia & recto, ingenuoque fremente pudore.
O Codre infelix, quæ te dementia cepit?
Niteris incassum, vacuo indulgesque labori;
Nam convexa polus donec sua sidera pascet,
Lustrabitque Orbem Titan properante quadriga;
Dum frutices silvis stabunt, dum montibus umbræ,
CORVINI scripta, & nomen, laudesque manebunt.

LIBER I.

EPICUS.

B

RHAPSODIA I.

MAxima Bellipotens, genus alto e sanguine jesses,
Regnatrixque Erebi, atque hominum fortissima gentis
Heroina, meres cantarier ore rotundo
Magna sonaturo. Tua tantum fortia facta?
Nam caput intristi Stygialia regna tenenti
Immani Monstro emerso de nocte profunda,
Ejus & exitio comitatum animosa dedisti;
Ut videare mihi divinum egisse triumphum
Deportandum uno debellatore Tonante,
Os postquam atque humeros indutus & offa lacertosque
Humanos, & cuncta gerens mortalia membra,
Factus homo certamen erit cum Dite superbo.
O utinam ingenio possem venaque benigna!
Carmina tornarem, quibus acclamanda fuisses
Femineum superasse genus, superasse virile,
Transgressam & Cherubim longe illos ante stetisse.
Cum vires ultra fueris sortemque poetæ,
Ecquid ego efficiam, cui laudes nulla tonandi
Vis satis eloquio est? Tua narro grandius acta
Fando aliquid. Tu, diva, fave, tu illabere menti.
Humanis spoliis Pluto incedebat onustus;
Ille etenim insignes, ille imos vicit ad unum,
Cujus ab assultu vario cecidere virorum
Lumina; Protoplastus enim ruit irredivivus,
Totaque posteritas veluti procera bipenni
Suppernata arbos jacuit, jacuitque Noemus,
Qui fuit in terris incorruptissimus, atque
Alter ab Adamo pater audiit atque hominum rex;

Multum ille & patiens, & servantissimus æqui,
Et simplex, Regem veneratus & ætheris altum
Jobus, & egregius vates & ductor & auspex
Isacidum gentis Moses, Judithaque ferro
Colla secans, clarusque David, de sanguine cujus
Conficeret mortalis homo prognata Parentis
Progenies æterna utero, centumque secuti
Militiam sanctam heroes fortesque piique
Succubuere omnes & prodigialiter orti,
Scilicet Helciæ natus, Zachareaque proles,
Illustres animæ, tamen illas more leonis
Ore rapax immane inhians depavit Avernus;
Cujus adhuc vultus torvus truculenta minatur;
Atque acuit dentes, horrescit & oris hiatu.
Pluto vorax, animis hominum tua viscera pasta
Exsaturas numquam? numquam? Jessæa-ne proles
Bolus erit Stygius? Speras spe captus inani,
Cum rabiem ex longo domitrix ea comprimet, atque
Ut meritas tandem pœnas des, improbe, coget.
Non erit hæc etenim Phlegetontis præda futura,
Quæ potius Phlegetontis erit domitura furorem.
Nimirum postquam sententia Dia dolosum
Damnavit Plutona ausum sub veste tegentem
Anguinea fraudes primam captare parentem
Humanæ gentis, Summi Regnator Olympi
Irarum fluctus tumido sub pectore volvens
Intonuit sic voce minax: *volo femina Ditis*
Prima fuat subjecta jugo, fuat altera victrix
Subjectura sibi Ditem præclara Virago;
Et subjecit enim quo robore freta, docebo.
  Deduci subolem clara de stirpe Davidis
Præsensit, subitoque Erebeo erupit ab antro

In-

Infernus late dominus, lateque tyrannus,
Fraude petens, fidensque animi, pugnaxque, minaxque;
Et magis horrendus, quia corde venena fovebat,
Qualia corrumpantque animas, & corpora perdant,
Haud mora, Jessigenam invadit, quam condit in alvo
Anna parens jam jamque humano sanguine cretam,
Ac bellum importunum olli meditatur, & infert,
Insidiasque omnes molitur, ut ipsa petita
Succumbatque, ruatque, & dedita serviat Orco.
Demens, qui magno tendit molimine contra!
Qualem illam genituram hominum superumque Satorem
Ipso in conceptu erudiit Deus arma movere
Robore suffecto, quo Tænaron exsternaret.
Hinc nova ceu miles studiis asperrima belli
Mole stat horribili, dextraque statuque minaci.
Bellatorem abigit veteratoremque furentem;
Ceu Cherubinus enim dextra metuendus & ore
Intercluso extorri Adæ prohibebat ab horto
Desertorem illum Majestatisque supremæ,
Quippe reum; sic Virgo manu, sic horrida vultu.
Ab sese ut concluso horto deterret Avernum.
Quandoquidem cælestis inest, invictaque virtus
Munifica suffecta manu divinitus illi.
Unde immissa in corde imo, penitusque pererrans
Maxima vis, animumque & corpus roborat una,
Vimque aliam oppositam reicit, pellitque, fugatque.
Quocirca clamavit ubi imperterrita Diva,
Increpuitque Orcum; *Satana, retrorsus abito*,
Obstupuit, gelidusque horror quatit omnia membra,
Non secus ac barritum horrendum audiverit ille
Victus ita, ut totus paveat, totusque tremiscat
Diffugiens, ceu cum pulsus fuit æthere summo,

Præ-

Præcipiti lapſu loca ſola petiverit horrens;
Semianimiſque, velut cum quis conſpexit echidnam
Ore fero attollentem iras linguiſque triſulcis,
Lethaleſque ſuos morſuſque ictusque minantem.
En genus inſuetum belli, quo voce fugatur
Hoſtis, & aſpectu, unde venit victoria læta.
At licet hæc finis Stygii tentaminis eſſet,
Vix tamen ex oculis lapſus victricis Avernus
Collectis animis pergit ſævire, minarique
Exitium mortale iterum, quia vincere ſperat,
Tartaream ſi poſcat opem, lectiſque repugnet
Accitis ſociis aliis. Hinc talia ſecum:
Cur ita diffidam, cum me & mea ſigna ſequantur,
(Ut lixas taceam, & calones viribus æquis)
Tot bello aſſuetæ turmæ, tantæque cohortes?
Quas ſcio, ſi juſſo, juſſa exhaurire lubentes;
Hæc lateri auxilia agglomerem, his ultricibus ipſe
Vindex hoſtis ero, cujus formidine pulſus
Terga dedi, retulique pedem, trepiduſque refugi,
Quando ſolus eram. Sic dicens fulminis inſtar
In Phlegetonta ruit, Phlegetonteòque barathro
Excivit turbam ſuffectam ſanguine & igni
Immenſam, quantæ ſimilem non ante coegit;
Excivit porro Eumenides immania monſtra,
Præfecitque duces propugnatoribus illis;
Pergit, & auxilio ſævam dein ipſe vocavit
Perſephonen turmis comitatam mille malorum
Geſtantum manibus cuneos clavoſque trabales,
Strigoſi quorum, & ſuprema quadrupedantes
Confecti macie horrendis hinnitibus ibant;
Addidit huic numero Lemurum infeſtiſſima ſpectra,
Qui duxere alias ignoto nomine Larvas,

Har-

Harpyiis similes, genus implacabile, curvis
Unguibus, atque uncis pedibus, manibusque minaces;
Ora petunt humana etenim, quæ sanguine turpant;
Addidit Aethiopas solitos horrescere visu,
Quos ante incessere animis discordibus Iræ,
Insidiæ circum cæca caligine septæ,
Agmine post longo Fraudisque Dolique manipli,
Qui callent sensus hominum subrepere ad imos,
Expugnare animum, & mortali corde potiri;
Eduxit Behemoth, quem cohors stipata tegebat
Impia, crudelis, scutata, atque aspera cultu,
Cujus & a tergo sævit monstrosa caterva
Pars implere manus graviter spirantibus hydris,
Edocta atque inferre luem mortalibus ægris,
Pars moliri ignem, flammaque absumere, parsque
Vipeream exspirare animam, & vitiare veneno:
Ducit, & hos omnes sequitur postrema flagello
Sanguineo accincta, & gaudens Bellona cruentis,
Quam ferro circum vigilat custodia stricto
Nec vultu facilis, nec voce affabilis ulli.
Hæc acies convenit ubi subitaria lecta,
Infremuit, ceu cum vesparum concita turba
Excitur nido, & strepero rumore susurroque
Huc volat atque illuc, caudaque minatur & ore,
Ignescitque ira quem vero mordeat anceps,
(Namque inimicus abest,) & morsibus appetat ultrix.
Ditis ut e portis se fundunt agmina plenis,
Ductor Avernalis nunc huc nunc vertitur illuc
Sessor equi magnæ molis ferrugine tecti,
Miles & æquatus numero procedere visus
Tendit iter, celeratque gradum, terraque potitur.
Heic simul increpuit sonitum tuba, constitit agmen,

Qua-

Qualis & ore tonans Pluton his vocibus hiscit:
Delecti comites mecum dominarier orbi,
Regnastis populorum adeo terraque marique,
Ut caput imperium vestrum non fugerit unum;
Creditis? humano imbellis vix sanguine creta,
Inque suæ conclusa sinu femella parentis
Nos omnes vocat in certamina Martis anheli,
Invictas Erebi vires quin illa tremiscat.
Scilicet & potitur nobis in sede locata
Tartarea, & late victrix dominabitur Orco,
Nosque agit extorres, nosque a tellure relegat
Palantes cunctos inter deserta ferarum.
Ferte citi ferrum, date pessum, promite vires
Quisque suas: quales estis, muliercula discat.
Feminei generis quæ magna potentia? quanta
Prima fuit mulier, quam vici Edenis in horto?
Quantaque posteritas, quam nos disjecimus omnem?
Informata animo, informata & corpore, & infans,
Solaque, pugnarumque rudis parat aspera nobis
Bella movens? ergo duro sub Marte cademus?
O Plutonis honos! o maxima gloria frustra!
Nequicquam, o lecti juvenes, fortissima corda!
Nequicquam induti spoliis ex hoste relatis,
Ni vos indomiti contra prorumpitis illam,
Ut det victa manus vestro submissa furori.
Quas ego sed poscam pœnas? caput ense recidam,
Vertam ipsam in cineres, cineres & in æquora spargam.
Hæc ubi dicta dedit, furor illis iraque mentes
Præcipitant, ardentque atro præcordia felle.
Ire viam perrexit enim Plutonius Ordo
Fulmineus, tollitque animos, & bile tumescit.
Jessiades postquam Stygia agmina circumspexit,
Haud-

Haudquaquam pavefacta armis instantibus hæsit;
At nimium confisa Deo, confisaque votis
Luminaque & duplices palmas ad sidera tendit
Sic orsa: exsurge, o Divum tu maxime Rector;
Perfice dispereat Pluto, & Plutónia turba,
Eque tua facie fugiant ceu fumus in auras
Vanescens, ceu cera liquens, quam calfacit ignis,
Deficiant olli; mihi vimque animumque ministra,
Suffectum qualem voluisti in corde Judithæ
Dirum Holophernen ferro obtruncare paratæ;
Meque para pugnæ; mea sit victoria certa;
Auspice te vado stygialia cornua fractum,
Ut duce te quondam David interritus ivit
Compressum sævi Goliath iramque minasque:
Maxima debetur tibi gratia; namque dedisti
Posse trucem nuper sine pugna Acheronta fugare:
Si pergas tegere, & me dein defendere ab hoste,
Postquam illo potiar, postquam cecidisse videbo
Ante pedes, spoliabo, tibi & spolia illa dicabo.
Vix ea, opemque Dei non cassa in vota vocavit;
Nam cæli patuere fores, effulsit & ingens
Et nova lux oculis; exin Deus ore benigno,
Qui sedet aurato in solio, mediusque coronæ
Emicat Aligerum ingentis, sic farier infit:
Progenies dilecta mihi, & mea maxima cura,
Principio quando mihi non parere jubenti
Ausa fuit mulier, quam fraude fefellit echidnus,
Te fore venturam edixi vertentibus annis
Debellatum Orcum, caput illius atque cerebrum
Calce fatigatum desolatumque catervas;
Ecce dies advenit enim; pugna aspera surgit
Quantum læta tibi, tantum illætabilis hosti.

Eja age ſume animum, contraque audentior ito;
Ductor ero, & virtute mea pugnabis Averno.
Hæc ait, atque illi Tau magnum in fronte notavit,
Nempe crucis ſignum Diti ferale futurum,
Mox velut æs triplex animo pro viribus addit,
Robur & immittit divinum, vimque beatam
Ad plenum thorax illi Deus ipſe futurus;
Unde in virgineo virtus ita pectore crevit
Immenſa, ut multo ſe major ſenſerit illa;
Sicut enim magnus fluvius, quem plurimus imber
Nubibus emiſſus ruptis pluvialibus auxit,
Intumuit cumulo, & moles ingentior urget
Oppoſitas, donec torrentior aggere victo
Effuſus lætas ſegetes armentaque vaſtat;
Non ſecus exſuperat contra irruptura phalangas,
Et vires Erebi, vaſtaſque datura Virago.
At jam ſiderei ſtridebant cardine poſtes,
Eque oculis fugiente Deo fugit omnis imago,
Auratuſque inductus obex cæli oſtia clauſit,
Et bello ſignum dat buccina rauca cruentum,
Seque aptant armis Stygii: concurritur: ecce
Irrumpit, pugnæque ducem adverſaria magna
Præcipitem dejecit equo, manibuſque prehendit,
Utque rapax aquila ex alto demiſſa draconem
Corripuit ſinuantem immenſa volumine terga;
Colla tumet ſerpens raptus, ſævitque, furitque,
Sanguineiſque jubis, oculiſque ardentibus iras
Arduus attollit; ſed victrix altior ales
Comprenſumque tenet pedibus, pedibuſque fatigat,
Nec ſinit elabi, niſi poſtquam eviſcerat anguem;
Talis plena Deo, & divino Numine tuta
Verberat hoſtilem in morem heroina tyrannum

In-

Infernum, & pœnas poſcit cum ſanguine, jamque
Impulit obluctantem illum, ſtravitque, ruitque
Collapſum magnis membris & pondere vaſto
Terribilem, caſuque illo gemuere cavernæ,
Contremuit tellus veluti concuſſa ruina,
Et fugere feræ, & ſilvæ intonuere profundæ.
Dum jacet infelix, immanem attollere molem
Vi manuum tendit fruſtra: nam maxima victrix
Firma ſolo tenet hærentem; clamore vocatque
Ille ſuos, revocatque iterumque iterumque; ſed omnes
Obſtupuere; coit gelidus formidine ſanguis.
Hinc deſperato ſimilis fremit ore minaci
Dentibus infrendens, furiiſque accenſus & ira
Mordet humum, atque oculis tranſverſa & acerba tuetur
Victricis dextram valido ſub pondere nitens.
Rurſus at elapſus pugnam rediiſſet ad aſpram,
Ni pedis impreſſi unius cervicibus altis
Impete, & alterius victrix mox calce fuiſſet
Ollius impacta capiti populata cerebrum,
Atque eliſiſſet tamquam jaculata molarem.
Cernere erat duri capitis fracta oſſa minutatim,
Oraque ſanguineis rivis turpantis, & ipſum
Porrectum calidum revomentem e pectore flumen
Viroſum, unde diem eripuit denſiſſima nubes
Collecta ex vomita peſte & fumante veneno.
Quæ dein in tenues paullatim evanuit auras.
Hoc magis atque magis ſocia agmina territa pallent,
Incertiſque animis ſtatuunt una omnia terga
Sublato ductore darent, pariter-ne perirent,
Ut periit Pluto, in ſtatione manentia contra?
At quo conſilium, quibus eſt pax nulla ſequeſtra?
Non unius enim exſaturaſti odia aſpera caſu,
Noſtrum o dulce decus, ſpes o fidiſſima Virgo,

Grande o præſidium, cui pœnas Tartarus haurit;
Fixum animo immotumque ſedet dare nempe ruinam
Agminibus Stygiis, Stygiumque exſtinguere nomen;
Nequa dehinc detur bellum integrare poteſtas.
Pars erat hæc igitur non parva implenda triumphi;
Reque apſe impleſti; vix ſanctum inſigne gerentem
Oſtentas frontem, & videor vidiſſe ruentes
In caput, inque pedes, humeroſque, latuſque volutos,
Præcipiteſque actos Acherontis aduſque lacunas;
Non ſecus abrupto ſi quando ſidere nimbus
Præcipitat cælo, varias trahit ille ruinas,
Cum ſtabulis armenta ruit, ruit alta domorum
Culmina, & exculti deturbat ruris honores;
Sic acies vario periit diſcrimine Ditis;
Et contemplor enim confuſæ ſtragis acervum;
Stratus humi Behemoth ſingultibus ilia pulſat;
Cujus turba omnis fuſa huc palatur & illuc;
Harpyiis Formæ ſimiles ſe nubibus abdunt
Remigio alarum; Lemures cum Fraude Doloque
Ceu nix ardentis quæ ſolis diffugit æſtu,
Diſparent; velut exanimis defecit Enyo;
Aethiopum numerus ſe nocti immiſcuit atræ.
Si qua ſuper manus eſt, pars concidit ilicet una
Demerſa excidio, ex oculis pars altera fugit
Fulgur ut elapſum in nihilum fortaſſe redacta,
Pars aliis perculſa ruit poſtrema ruinis.
Sic datus eſt peſſum, o Acheron, exercitus omnis?
Hic tremit, ille fugit, cadit alter, & interit alter.
Huncine feminea fers de virtute triumphum?
Ecce tibi abreptas Furias telluris hiatus
Impulit in præceps, Stygiæque vorago paludis
Fundo imo volvit turmas, volvitque cohortes,
Perſephonemque exutam armis, ſolamque relictam

Im-

Immerſere ſuis adaperti faucibus ora
Immanis barathri non ante dehiſcere ſueti;
Labenteſque globos alios extrema ſecutos,
Semianimeſque alios abſorbuit unda reſorbens
Cocyti, atque hauſtos rapuere vorantia ſtagna.
Tænarus at quantum palmas inhoneſtat adeptas,
Ingentemque dolet cladem lacrimanſque, gemenſque,
Lætitia tantum terra exſultatque fremitque,
Tantaque Jeſſææ ſuccreſcit adorea proli;
Ætherea tum namque plaga Divina ſedebat
Gloria deſpiciens pugnam, mirataque magnos
Femineos auſus, tot Averni millia fuſa,
Disjectumque ducem, debellataſque catervas,
Et verſa in formam muliebrem, cujus adinſtar
Sic oculos, ſic illa manus referebat & ora,
Adjunctis currum quadrigis apparat albis,
Et celeri lapſu demiſſa per aëra terras
Illam adit, & poſtquam veluti gratata ſorori
Oſcula libavit, ſic inſuper addidit ore:
Cara Deo ſuboles, ſuperumque hominumque voluptas,
Tanta-ne mortalis potuiſti in limine vitæ?
Felix heu nimium felix! pro grandibus actis
Accipe primitias, quo te modo digner, honoris.
Hæc ait, & duplici gemmis auroque corona
Cingit ei caput, atque jubet conſcendere currum,
Cui præfertur adhuc caput Orci ſanguine rorans,
It globus Aligerum circum pæana canentum,
Poſt veniunt juncti conſanguinitate propinqui
Exciti e tumulo, & plaudentes gutture ovanti,
Illam & digeſti in numerum duxere triumpho;
Cui cantabat io tellus, cantabat & æther.
Interea Herois ſpoliis prædaque potita,
Grata Deo, retulit quicquid pretioſius, offert,
Suſpenditque tholo cœli victricia ſigna.

ANIMADVERSIONES.

1 Rhapsodiæ originatio est a ῥάπτω consuo, & ᾠδὴ carmen, quo nomine donata sunt Homeri carmina, postquam ea dissipata, & disjecta Pisistratus, ut ait Cicero lib. III. de Orat. cap. 34., sive Hipparchus Pisistrati F., ut alii, in ordinem digessit. Qua nomenclatura volui epica mea carmina donata. Ego namque illa composui prout tulit occasio; at quia Alethinæ Arcadiæ moderatores brevitatem desiderabant, necesse mihi fuit ea disjicere, amputare, & recisis, atque omissis quamplurimis versibus, & episodiis quodammodo dissipare: nunc vero conquisivi reliquias carminum, & una consui, quamvis fatear adinstar sutoris interpolem vestem resarcientis vetustis multa nova miscuisse, & novasse multa vetusta; quod ut ostenderem, Rhapsodiæ nomen meis carminibus adscivi.

2. *Maxima bellipotens, genus alto a sanguine Jesses.*) *Bellipotens* apud Virgilium Æn. XI. v. 8. cognomen est Martis: *Tibi, magne, tropæum, Bellipotens*. Ut igitur demonstrem quantus fuit apud Ethnicos Mars fabulosus, tantam apud nos vere fuisse Mariam, invocavi: *maxima Bellipotens: genus alto a sanguine Jesses*, imitatio est hæc illius Virgiliani hemistichii Æn. VI. v. 500. de Deiphobo: *genus alto a sanguine Teucri*. Quod autem Maria prognata fuerit a Jesse, ecce stemma Marianum. Maria fuit mater Christi; Christus autem fuit filius David, David vero Jesses; ergo Maria refert acceptam originem suam τῷ Jesse. Quod Christus fuerit filius David, sic paucis expediam: increpuit opinio Judæorum Messiam, seu Christum oriturum de stirpe Davidica, quo spectat ver. VII. Cap. IX. Esajæ: *super solium David, & super regnum ejus sedebit*. Atque eo valuerunt, & acclamationes Christi triumphantis: *Hosanna filio David;* & rogatio ejusdem Christi, responsioque Pharisæorum: *cujus filius est* (Christus?) *dicunt ei David*, & precatio cæci visum deprecantis: *Jesu, fili David, miserere mei*. Quamobrem Matthæus in suis Tessaredecadibus initio posuit: *Liber generationis Jesu Christi filii David*. Cui deinde succinuit Paulus II. ad Th. Cap. II. v. 8. *memor esto Christum Jesum resurrexisse a mortuis ex semine David*. Ergo Christus prodivit ex sanguine Davidico; quod etiam necesse habeo de Maria Matre ejus affirmare, nimirum progenitam illam fuisse ex eadem stirpe. Quo factum est, ut ab Athanasio orat. de Annunc. prope finem dicatur Maria filia David: καὶ ἄκουσον θύγατερ Δαβὶδ *audi filia David*. David ab eodem Matthæo Jesse F. nuncupatur: *Jesse autem genuit David Regem*. Ergo Maria

suis

fuit illa radix, de qua fuit Esajas his verbis vaticinatus : *egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet*. Hinc Epiphanius in orat : de laudibus S. Mariæ Deiparæ post procemium : *ὦ μακαρία ῥίζα, πόθεν ταύτην ἐβλάστησε. Περὶ ταύτης, ὁ Προφήτης Ἡσαΐας ὡς χελιδὼν κελαδεῖ τῇ πυρίνῃ γλώττῃ βοῶν: ἀναστήσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναστήσεται . . . . ἐκ τῆς ῥίζης δὲ Ἰεσσαὶ Δαβὶδ ὁ Βασιλεὺς καὶ ἐκ τῆς φυλῆς Δαβὶδ τοῦ Βασιλέως ἡ ἁγία παρθένος, ἡ ὁσία τῶν ὁσίων ἀνδρῶν θυγάτηρ : O Beata radix, unde hanc produxit. De hac Propheta Esajas tamquam hirundo submurmurat ignea lingua clamans : exsurget Virga de radice Jesse, & flos de radice ascendet . . . . ex radice vero Jesse David Rex, & ex tribu David Regis Sancta Virgo, Sancta inquam, & Sanctorum virorum filia*.

3. *Regnatrixque Erebi*) nimirum argumentatur Athan. in orat. de Annunc. *ἐπεὶ αὐτὸς Βασιλεύς ἐστιν ὁ ἐκ τῆς παρθένου γεννηθεὶς καὶ αὐτὸς κύριος ὁ Θεὸς, δι' αὐτὸν ἡ τεκοῦσα αὐτὸν Βασίλισσα, καὶ κυρία, καὶ θεοτόκος κυρίως καὶ ἀληθῶς δογματίζεται, καὶ ἐφαρμόζεται quoniam ille est Rex ex Virgine generatus, eapropter, quæ peperit illum, regnatrix, & domina, & Mater Dei proprie, & vere dogmatizatur, & (hoc nomen) illi quadrat*. Erebi pro inferis, ut apud Virg. Georg. IV. v. 471.: *commotæ Erebi de sedibus imis* ; & Æn. IV. v. 26. : *pallentes umbras Erebi, noctemque profundam*, & Æn. VI. v. 404. : *imas Erebi descendit ad umbras*. Appellatur vero *regnatrix Erebi*, quia ut deinde demonstrabitur, devicit Erebum, unde adsciscitur illi hoc nomen ex more veterum victorum imperatorum. Videte Justinianum initio institutionum : *Atque hominum fortissima gentis heroina*) Encomium est hoc tributum a Virgilio Diomedi Æn. I. v. 100.: *O Danaum fortissime gentis Tydide*. *Heroina* ; idest femina illustris, sive ut ait Martianus Capella lib. II. locutus de heroibus, *hemithei*, sive ut ait Ovidius in Ibin v. 80. *semideumque genus*, sive ut Lucanus : *semidei Manes*.

4. *Meres cantarier ore rotundo magna sonaturo*) nempe cantabant ore rotundo Graji, ut Horatius in Arte : *Grajis dedit ore rotundo Musa loqui*. *Cantarier*, idest cantari cum amore, ut Hor. lib. I, Ode 22. *dum meam canto Lalagem*, & satyra V. v. 15. *absentem cantat amicam*. Quare sensus est : meres cantari, vel ab Homero, qui teste eodem Hor. lib. IV. Ode 9. *priores Mæonius tenet sedes*, & lib. I. Ode 6. *Mæonii carminis ales* audivit, vel a Pindaro, de quo lib. IV. Ode 2. *Pindarum quisquis studet æmulari, Jule, ceratis ope Dædalea nititur pennis vitreo daturus nomina ponto : monte decurrens velut amnis . . . fervet, immensusque ruit profundo Pindarus ore*. *Magna sonaturo*, idest cantari ab ore ejus Poetæ, cui Horat. tributum voluit verum nomen Poetæ, si fuerit illi inter alias dotes *os magna sonaturum* Sat. IV. lib. I.

5. *Tua tantum fortia facta?*) hoc hemistichium bifariam est Virgilianum, tum quia desumitur ex illo Æn. I. v. 645. *Fortia facta patrum*, i. facta fortiter patrata, tum propter admirationem, & interro-

gatio-

gationem adhibitam in procemio Æn. I. v. 15. *tantane animis cælestibus iræ?*

6. *Nam caput intristi*) redditur ratio, cur mereat tantopere Maria cantari, & cur ejus facta sint fortia; nimirum intrivisti caput Diabolo. *Intristi* vero est Terentianum in Phorm. II. II. 4. *tute hoc intristi, tibi omne est exedendum:* ubi Donatus: *paræmia de cibo est: hoc autem rusticis de alliato moretario dici solet.* Ego autem dixi *intristi*, quasi Maria redegerit caput Diaboli in tenuissimas partes, ut res duræ pinsuntur in mortario, & minutatim fiunt.

7. *Stygialia regna tenenti*) tribuo Diabolo regnum. Etenim Math. IX. v. 34.: *princeps Dæmoniorum* Ἄρχων Δαιμονίων, & Math. XII. v. 24. *in Beelzebub principe Dæmoniorum* ἐν Βεελζεβοὺβ ἄρχοντι τῶν Δαιμονίων. Ἄρχων autem est dominationem, & imperium tenens; quapropter Ecclesia in hym. ad Vesp. ante Dominicam in Albis appellat Dæmonium *regem tenebrarum*; & Gregorius Nyssenus tract. II. in Psalm. Βασιλεὺς κακίας *rex malitiæ*. Dixi vero *stygialia*: ex Virgilio in Ceiri: *stygialia sacra*; quamvis mihi certum sit significare regna Diaboli horribilia, & terribilia a στυγερῶν quod a στυγέω *odi horreo*.

8. *Immani monstro emerso de nocte profunda*) quod dixit Virg. Æn. III. v. 658. de Polyphemo *monstrum horrendum*, ego dicam de Diabolo *immani* ob illius immanitatem adversus genus humanum. Namque ex Gregorio Nazianz. in orat. περὶ φιλοπτωχίας: ψυχῶν λῃστὴς καὶ τύραννος *animarum latro, & tyrannus*: & : τύραννος πικρὸς τῶν ψυχῶν. *Emerso de nocte profunda*: *emersus* est Ciceronianus in Vatin. c 7. *unus tu emersus e cœno*.

9. *Ejus & exitio comitatum animosa dedisti*) *Exitio dare* arreptum est ex Lucr. *una dies multa virum exitio dabat*. *Comitatum*, i. legiones inferas ita dictas ob earum infirmitatem, quemadmodum Virg. Æn. I. 225., exercitum Paridis appellat *comitatum*, licet addat *semivirum*: *cum semiviro comitatu*.

10. *Ut videare mihi divinum egisse triumphum deportandum uno debellatore Tonante*) summo jure tribuitur Mariæ triumphus; quia fuerunt in ejus victoria omnes triumphi conditiones; nam teste Val. Max. lib. II. capp. 7. & 8. prima conditio fuit, *ne quis triumpharet, nisi quinque millia hostium una acie cecidisset*; Mariam vero, & ducem Avernalem, & omnem exercitum vicisse, & dissipasse cantabo; altera: *ne quis pro altero eum gessisset, sed is, cujus auspiciis res gesta esset, triumpharet*; Mariam auspiciis suis fuisse victricem. Tertia: *ne pro recuperato, sed pro aucto imperio triumpharetur*: Mariam gloriam nostri nominis auxisse. Quarta: *Ut de externis hostibus, non de civibus triumphus ageretur*: Mariam de infernis hostibus humani generis triumphum tulisse. Porro dico Mariam deportasse triumphum divinum, nimirum quem Deus factus homo deportaverit ex evicto Inferno; textus enim hebræus triumphum hujusmodi adscribit Deo carnifacto: ecce pro-

 phe-

phetia divino ore prolata : וְאֵיבָה אָשִׁית בֵּינְךָ וּבֵין הָאִשָּׁה וּבֵין זַרְעֲךָ וּבֵין זַרְעָהּ הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ veeba assita benca uben aisca uben zarahca u jescupeca rosc i: *Et inimicitiam ponam inter te, & inter mulierem, & inter semen tuum, & inter semen illius, hoc conteret caput tuum ;* in qua prophetia pronomen *u* non refertur ad *aisca* : namque *u* est masculini, *aisca* feminini generis. Ergo *u* refertur ad semen mulieris, seu Christum semen Mariæ. Quare LXX. traduxerunt *u* αὐτὸς : *αὐτὸς σου τηρήσει κεφαλὴν ille conteret tuum caput*. Et re quidem vera Paulus interpretatus locum Gen. III. in Ep. ad Rom. cap. XVI. v. 20. ait : *Deus pacis conteret Satanan*. Igitur triumphator Satanæ Christus erat. Si vero plura de triumpho Christi desideratis, legite Athan. in Orat. de Incarnat. Ecclesiæ vero Spiritu Sancto afflatæ placuit illud *u* traducere feminino genere *ipsa*, quippe referat ad Mariam, quæ suæ vitæ laudabiliter actæ toto progressu vicit Diabolum, atque etiam initio suæ Conceptionis, eo quia caruit Originali peccato. Hinc Augustinus, sive quivis alius Auctor Com. in Gen. Ecclesiæ vestigiis insistens locutus est in hæc verba : *cum originalis peccati caput sit Diabolus, tale caput Maria contrivit, quia nulla peccati subjectio ingressum habuit in Animam Virginis, & ideo ab omni macula immunis fuit*.

10. *Os postquam atque humeros indutus, & ossa, lacertosque &c.*) Hi versus desumti sunt ex Æn. V. ubi Virg. Entellum sese ad pugilatum parantem sic exhibet : *& magnos membrorum artus, magna ossa, lacertosque exuit ;* & ex Æn. I. de Venere venatrice, quæ visa fuit Æneæ *Virginis os habitumque gerens*. Igitur postquam per partium enumerationem, nempe per os, humeros, ossa, lacertos, & cetera membra mortalia demonstro Deum factum hominem, subjungo : *factus homo*.

Certamen erit cum Dite superbo) scilicet Deus homo factus decertabit cum Diabolo. Illa vero locutio *factus homo certamen erit cum...* est instar illius Virgilianæ Ecl. VII., *& certamen erat Corydon cum Thyrside magnum*. *Cum Dite superbo* i. cum Diabolo superbo; ubi *Dite* accipitur pro Diabolo, sive Inferis ex Æn. VI. v. 126. *noctes, atque dies patet atri janua Ditis*.

11. *O utinam ingenio possem venaque benigna*) i. utinam velut alter Horatius essem, qui lib. II. Od. 18. gloriatus fuit esse sibi venam ingenii benignam : *& ingeni benigna vena est*. Tunc enim componerem versus, ut idem docet Hor. in Arte v. 441. *tornatos*.

12. *Quibus acclamanda fuisses*) Cum Mariæ attribuerim triumphum, carminibus tornatis illi foret acclamandum. *Acclamare* namque erat proprium verbum triumphantium ; quamobrem Suetonius narrat Julium Cæsarem in triumphis *acclamari* sibi jussisse *veni vidi vici*.

13. *Fœmineum superasse genus &c.*) cum deportaverit Maria triumphum

phum divinum, certe ſuperavit genus humanum h. e. nemo generis humani evitavit, ut Maria, peccatum originis.

14. *Tranſgreſſam & Cherubim longe illos anteſtetiſſe*) Hic verſus deſumtus eſt ex Epiph. de laudibus SS. Virg. Τὰ χερουβεὶμ ὑπερβαίνουσα *Cherubim tranſgreſſa, vel tranſcendens*.

15. *Cum vires ultra fueris ſortemque poetæ*) a Gregorio Thaumaturgo ſerm. III. de Annunc. appellatur Maria τῆς ἀχωρήτου φύσεως χώριον εὐρύχωρον *incomprehenſibilis naturæ locus ſpatioſus*; cui conſonat Epiph. etiam in ſermon. de Annunc. in toto procemio Mariam prædicans ineffabilem: ait enim τὰς ἐλαμπούσας μαρμαρυγὰς τῆς Θεοτόκου ἀκτῖνας φοβερὰς, καὶ ἀκαταλήπτους δυνάμεις οὐρανοῦ, καὶ γῆς οἰκουμένης μυστήριον, θαῦμα, ἱλαστήριον . . . . . ὡς ἀκαταλήπτου μυστηρίου *effulgentes ſplendores Deiparæ, radios terribiles, & incomprehenſas facultates, cœli, & terræ inhabitatæ, myſterium, miraculum, propitiatorium . . . tamquam incomprehenſibilis myſterii*: ad quam magnitudinem declarandam adhibui verſum Virgilianum de infirmitate Anchiſæ: *invalidus vires ultra ſortemque ſenectæ* ex Aen. VII. v. 114.

16. *Ecquid ego efficiam, cui laudes nulla tonandi vis ſatis eloquio eſt?*) etenim ex eodem Epiph. loc. cit. τίς γὰρ ἱκανὸς τοιοῦτο φράσαι μυστήριον *ecquis enim idoneus eſt myſterium tale enarrare* ποῖον δὲ φθέγξασθαι στόμα, ἢ ποία γλῶσσα λαλήσει *quale pronunciare os, aut qualis lingua loquetur?* Maria igitur meretur, ut laudaretur ab aliquo, qui tonaret eloquio, & ore, cujuſmodi erant Græci. Hinc Cicero in Orat. cap. 9. *Pericles ab Ariſtophane poeta tonare . . . . dictus eſt*: & Col. in Præfat. lib. 1. *Tonantibus Demoſtheni Platonique*. Quod ego expreſſi illa objurgatione a Turno facta Dranci Æn. XI. v. 383. *proinde tona eloquio*. Senſus eſt: cum tu, o Maria, tantum præſtes, ego vero ſim nullus poeta, quid efficiam? ſi poeſi non valeo, ſaltim valerem proſa oratione: namque eloquium eſt Oratorum: quocirca Juven. Sat. V. v. 114. *eloquium aut formam Demoſthenis, aut Ciceronis*.

17. *Tua narro grandius acta*) narro, ideſt facio id quod ait Epiph. l. c. νῦν δὲ τολμήσω περὶ τῆς μόνης Θεοτόκου καθ' ὃ καταλαμβάνω *audebo nunc autem quatenus aſſequor*. Nam teſte Cornelio Frontone *narratur* id quod ignoratur: *Fando aliquid* ideſt proletario ſermone. Quamobrem Sinon Æn. II. v. 82. apud Virg. de fama Palamedis ait: *fando aliquid ſi forte tuas pervenit ad aures Belidæ nomen Palamedis*: ubi *fando aliquid* eſt idem, ac nullo ſervato ordine verborum: nam Varro de L. L. lib. V. ſcribit, quod *fatur is, qui primam ſignificabilem vocem emittit ſine ordine*: proinde recte Comenius: *fari diſcit infans in infantia fanda verba*. Sic ergo tua narro ingentia facta. *Acta* porro, & *grandius* ſunt Ovidiana, quorum primum adhibet ille Triſt. lib. I. El. II. v. 97. *ſi tamen acta Deos numquam mortalia fallunt*, poſtremum vero Heroid. ep. 120. v. 29. de Alcæo: *Nec plus Alcæus conſors patriaque lyraque laudis habet, quamvis grandius ille ſonet*.

18. *Tu Diva fave, tu illabere menti*) *Fave*, & *illabere* sunt Virgiliana, prius Ecl. IV. v. 10. *Casta fave, Lucina*, posterius Æn. III. v. 99. *Da, Pater, augurium, atque animis illabere nostris*.

19. *Humanis spoliis Pluto incedebat onustus*) victores more vetusto induebantur spoliis, aut exuviis eorum, quos vincebant. Hinc Virg. Æn. II. v. 274. refert somnium Æneæ non videntis Hectorem indutum exuviis Achillis, & Æn. XII., inducit Æneam nolentem parcere Turno induto spoliis Pallantis occisi. Etsi Virg. cum *spoliis* conjungat *indutus*, tamen mihi placuit uti nomine *onustus* ad spoliorum ex hominibus victis a Diabolo detractorum multitudinem, & magnitudinem significandam, scilicet ibat ille adeo plenus spoliis, ut potius *onustus*, quam *indutus* dicendus sit. *Incedebat*: cum in procemio dederim Plutoni regnum, dixi *incedere*, quod verbum proprium est Regum. Quamobrem Æn. I. v. 50. Iuno de se loquitur ita: *ast ego, quæ Divum incedo Regina; Jovisque & Soror, & Conjux*.

20. *Ille etenim insignes, ille imos vicit ad unum*) i. vicit omnes homines, & sua sub ditione subegit Diabolus: adumbrare vero volui illud Horatianum lib. III. Od. I. *Dira necessitas sortitur insignes, & imos*. *Ad unum*: Livianum est hoc: *ad unum omnes occisi*, i. nemine excepto.

21. *Cujus ab assultu vario cecidere virorum lumina*) imitor Virg. Æn. V. v. 442. ubi Dares in arena oppugnat Entellum tamquam celsam urbem: *variis assultibus urget*: *Lumina virorum*: ipse Virg. Æn. XI. v. 819. inducit Drancem exaggerantem calamitates belli: *lumina tot cecidisse ducum*. Dixi *vario*, quia aliter cecidit victus Adamus a Diabolo, aliter posteritas.

22. *Protoplastus enim ruit irredivivus*) Adami casum expressi per illud ipsum verbum, quo Virg. II. Æn. v. 363. expressit casum Trojæ: *urbs antiqua ruit*: *irredivivus* est Catullianus Carm. 17., cum devovet diris hominem stupidum: *irredivivus ne supinus eat, cavaque in palude recumbet*: *Irredivivus* i. irreparabilis. *Protoplastus*, i. Adamus, qui multinomius audiit; dictus est enim a Theodoreto quæst. 4. in lib. II. Paralipomenon, a Nazianz. Orat. in Basilium, & ab aliis *προπάτωρ*; ab Euseb. lib. VII. præparat. Evang. *πρόγονος, καὶ πάντων ἀνθρώπων προπάτωρ auctor, & omnium hominum primus parens*; a Theod. quæst. XIX. in Genes. *κρηπὶς τοῦ γένους καὶ πρόγονος fundamentum generis, & auctor*; a Chrysost. *ἀρχέγονος primus parens*; a Nazianz. orat. de Bapt. *πρωτόγονος primus parens*; a Cyrillo Alexand. lib. Glaphyr. in Num. *πρωτοπάτωρ primus pater*; ab eod. lib. X. in Joann. cap. 1. *ὁ τοῦ γένους ἡμῶν ἀρχηγέτης Generis nostri auctor*; & lib. II. de adorat. *ἀπαρχὴ καὶ ῥίζα τοῦ γένους principium, & radix generis*; ab Euseb. Pamphili in Actis Synodi Nicænæ: *πρωτόκτιστος ἄνθρωπος primus creatus homo*. Nihilominus arrisit mihi indicare Adamum per nomen *protoplastum*; quippe quod est ceteris antiquius: etenim Sapien-

tiæ

thæ cap. VII. v. 1. καὶ γεγονοῦς ἀπόγονος πρωτοπλάστου *& progenies ab homine ex terra facto*, & cap. X. v. 1. αὕτη πρωτόπλαστον πατέρα κόσμου μόνον κτισθέντα διεφύλαξεν *hæc protoplastum Patrem mundi unum creatum custodivit*; & Ignatii ep. ad Philip. vocantis Diabolum τὸν τοῖς πρωτοπλάστοις ἐπαναστάντα *insurgentem in protoplastos*. Quocirca latine reddita est ea vox a Tertulliano in exhortatione ad Castitatem, ac tandem teste Vossio præ cunctis aliis cognominibus Adamo tributis de splendore latini sermonis majestatem quandam sibi *protoplastus* apposcit.

23. *Totaque posteritas veluti procera bipenni suppernata arbos jacuit*) idest victo Adamo tamquam radice totius generis humani tota posteritas, quæ velut arbos exiit ex ea radice, periit *suppernata* i. succisa; nimirum alludo ad id quod ait Chrysost. hom. X. in epist. ad Rom. cap. V. v. 42. ἐκείνου πέσοντος, καὶ οἱ μὴ φαγόντες ἀπὸ τοῦ ξύλου γεγόνασιν ἐξ ἐκείνου πάντες θνητοὶ *illo lapso & non comedentes ex ligno nati fuerunt ex illo mortales*. Enimvero ut dixit Justinus Martyr in Exposit. Fidei ἁμαρτὼν ὁ Ἀδὰμ θανάτῳ τὸ γένος ὑπέβαλε, καὶ τὴν φύσιν ὅλην ὑπεύθυνον τῷ χρέει πεποίηκε, *ut peccavit Adam morti genus subjecit, & naturam totam obnoxiam debito reddidit*: & Auctor Quæst. ὁμοίως καὶ πάντες οἱ ἐξ ἐκείνου (Ἀδὰμ) γεγονομένοι ἄνθρωποι ὡς ἐκ προγόνων τὴν ἁμαρτίαν λαβόντες, ἐκράτησαν αὐτήν, καὶ ἴσχυσεν ἡ ἁμαρτία κατὰ τῶν ἀνθρώπων, *similiter, & omnes ex illo* (Adamo) *nati homines ut ex majoribus peccato contracto obnoxii ei fuerunt, & prævaluit peccatum contra homines*: & Theod. in Psalm. LI. τῶν ἡμετέρων προγόνων κρατήσασα ἡ ἁμαρτία ὁδόν τινα, καὶ τρίβον τοῦ γένους εἰργάσατο, *cum majores nostros invasisset peccatum, viam quandam, & tramitem per progeniem effecit*: & Chrysost. in hom. 53 in επιγραφ: inducit Johannem Bapt: ita loquentem: ὑφ' ἁμαρτίαν πάτρωαν συνεκλείσθην, τὸν ἰὸν περιφέρω τοῦ ὄφεως *sub peccato originali sum conclusus, circumfero venenum serpentis*: & Olympiodorus in Cap. XXVIII. Jobi in Catena: καὶ τὰ νήπια τὴν πατροπαράδοτον ἕλκουσιν ἁμαρτίαν, *& infantes traditum a parentibus peccatum trahunt*. Ut igitur colluvionem a primis parentibus natam, & humanum genus omne contaminantem, ac perdentem explicarem, usus sum similitudine arboris, quæ securi succiditur, & cadit, quam similitudinem mihi suggessit Catullus Carm. XVII. ad Colon. v. 48., *sed velut alnus in fossa Liguri jacet suppernata securi*.

24. *Jacuitque Noemus, qui fuit in terris incorruptissimus, atque alter ab Adamo Pater audiit, atque hominum rex*) *jacuitque Noemus* &c. scil. ut ait Scriptura Gen. VI. v. 12. *omnis caro corruperat viam suam*, solus Noe fuit intaminatus, quod exprimitur per illud præconium Hor. locuti de Patre suo sat. VI. lib. I. *ipse mihi custos incorruptissimus*. At licet Noe talis fuerit, tamen originis peccatum non evasit, sive ut dixi, *jacuit*. Ipse Noe dicitur *alter ab Adamo pater, atque hominum Rex*, ex Nazianz. Orat. XVIII. τοῦ δευτέρου κόσμου πατὴρ *secundi Mundi pater*, ex Basilio Seleuciensi Orat. V. ὁ τῶν κτίσεως λειψάνων

πα-

ταμιας reliquiarum Creaturæ promus, ex Theodor. in psalm. II. σπινθὴρ τοῦ γένους ἡμετέρου *scintilla nostri generis*, & Orat. V. de Provid. ὁ δεύτερος τῶν ἀνθρώπων φύλαρχος . . . . . ὁ μακάριος Νῶε, *secundus hominum generis princeps . . . . beatus Noe*; quæ omnia Noemi præconia expressi per ea Virgiliana, & Horatiana: *alter ab Adamo*; i. secundus ex Eclo: VIII. v 39. *alter ab undecimo jam tum me ceperat annus*; *audiit* i. vocatus fuit ex Hor. Ep. XVI. lib. I. *tu recte vivis, si curas esse, quod audis*; & Ep. VII. *rexque paterque audisti*. *Pater, atque hominum Rex* ex Æn. I. v. 69.: *divum Pater, atque hominum rex.*

25. *Multum ille & patiens, & servantissimus æqui Job.*) ecquemnam præterit quanta passus fuerit Jobus animo constantissimo? hinc Chrysost. in procemio Caten. in Jobum: ὁ διὰ πάντων τῶν ἄθλων ἐλθὼν ὁ μύρια κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαια στήσας, *qui omne genus certaminum exantlavit, qui millia adversus Diabolum tropæorum erexit*; & hom. LXXXIX. ὁ γενναῖος, καὶ μέγας ἀγωνιστής, *generosus, & magnus certator*; Et epist. III. ad Olympiod. μέγας τῆς ὑπομονῆς ἀθλητὴς *magnus patientiæ athleta*, & ibidem ἀδάμας πέτρα, *adamas petra*, quæ omnia ut exprimerem conclusi in illo hemistichio *multum ille & patiens* imitatus hemistichium Maronis in procemio Æn. 1. v. 9. *Multa quoque & bello passus*. *Servantissimus æqui*, nempe attribui Jobo encomium Virgilianum de Ripheo Æn. II. v. 427. *Ripheus . . . qui fuit in Teucris, & servantissimus æqui.*

26. *Et egregius vates, & ductor, & auspex Isacidum gentis Moses*) fuit Moyses egregius vates, qui ab Euseb. lib. IV. præparat. Evang. vocatur προφήτης καὶ Θεόλογος *propheta & theologus*, & a Chrysost. Hom. LXXXVII. πύργος τῶν ἐν τῇ παλαιᾷ προφητῶν, *turris prophetarum veteris testamenti & epist.* II. ad Olympiod. τῶν προφητῶν τὸ κεφάλαιον *prophetarum caput*. Fuit etiam ductor, & auspex populi Hebræi; patet id ab Exodo, patet quoque a Greg. Nazianz. a quo Orat. IV. appellatur προστάτης καὶ νομοθέτης, *dux, & legislator*. *Auspex isacidum gentis*, i. Hebrææ ad instar illius locutionis Virgilianæ Æn. I. v. 34. *Danaum gentis.*

27. *Judithaque ferro colla secans*) totam historiam Judithæ ita perstrinxit Suida: Ἰουδὶθ ἑβραία ἡ τὸν Ὀλοφέρνην τὸν ἀρχιστράτηγον Καμβύσου τοῦ υἱοῦ Κύρου ἀνελοῦσα· Τὰ τοῦ Ὀλοφέρνου πάντα λαβοῦσα ταῦτα ἀνέθηκε τῷ Θεῷ *Judith Hebræa occiso Holopherne principe exercitus Cambysi filii Cyri accepta omnia Holophernis obtulit Deo*: perstrinxi & ego mutuatus illa Virgiliana Æn. IX. v. 331. de cæde, quam faciebat Nisus: *ferroque secat pendentia colla.*

28. *Clarusque David, de Sanguine cujus confieret mortalis homo prognata Parentis progenies æterna utero*) appello David *clarum* eo quia de sanguine ejus progeneratus fuit Messias Christus. Quamobrem a Chrysost. nuncupatus fuit πρόγονος χριστοῦ κατὰ σάρκα *progenitor Christi secundum carnem*, & a Dionysio Areopagita epist. XIII. ὁ θεοπάτωρ

τοῦ Δαβὶδ, *pater Divinus David*. Usus vero fui *sanguine* pro genere juxta illud Æn I. v. 23. *Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci.* v. 239. *revocato a sanguine Teucri*. *Confieret mortalis homo* : etsi *confieri* sit Virgilianum Æn. IV. v. 116. *Qua ratione*, *quod instat*, *confieri possit*, tamen *confieret* usurpat Balbus ad Cic. post Epist. VIII. lib. IX. ad Attic. *facilius per te res tota confieret*. *Mortalis homo* est Plautinum Trucul. II. II. v. 52. *quisquam mortalis homo*. Dixi potius *confieret*, quam fieret, ut demonstrarem progeniem æternam Patris, quin desineret esse Deus, hominem fuisse mortalem. Usurpavi *utero* ut alluderem ad illud Ps. 108. *ex utero ante Luciferum genui te*, cujus textus omnes editiones excepta sola Symmachiana habent uterum teste Epiph. Hær. LXXI. par. IV. φάσκει ἐν τῷ Δαβὶδ λέγων: ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, ὡς οἱ Ἑβδομήκοντα ἡρμήνευσαν. ὡς δὲ οἱ ἄλλαι Ἐκδόται, Ἀκύλας μὲν ἀπὸ μήτρας ἐξορθρισμένης σοι δρόσος παιδιότητός σου, Σύμμαχος δὲ ὡς κατ' ὄρθρον δρόσου ἡ νεότης σου, Θεοδοτίων δὲ ἐκ μήτρας ἀπὸ νεότητός σου, Πέμπτη δ' ἔκδοσις ἐκ μήτρας ἀπὸ ὄρθρου σοι δρόσος ἐν νεότητι σου, Ἕκτη δ' ἔκδοσις ἐκ γαστρὸς ζητήσουσί σε, δρόσος νεανικότητος σου. Ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ μερέμ μισσαὰρ λακτὴλ ιελεδεχὶθ. Ὅπερ ἐστὶ σαφῶς καὶ ἀναμφιβόλως ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Τὸ δὲ μερέμ γαστρός ἐστι, μισσαὰρ δὲ Ὀρθριαίτερον πάντων, ὅπερ ἐστὶ πρὸ ἑωσφόρου, Λακτὴλ καὶ πρὸ τῆς δρόσου παιδίον, Ιελεδεχὶθ τούτεστι τὸ ἐγέννησά σε. Ὅπως ἐκ τοῦ λόγου γνῷης ὅτι ὁ ἐνυπόστατος Θεὸς λόγος κ. τ. λ. *Dicit apud Davidem : ex utero ante Luciferum genui te*, *ut septuaginta interpretati sunt*, *Aquila quidem : ab utero excitato tibi ros pueritiæ tuæ ; Symmachus autem : velut diluculo roris juventus tua : Theodotion autem : ex utero matutino tempore juventutis tuæ : Quinta Editio : ex utero ab diluculo tibi ros in juventute tua. Sexta Editio : ex utero quærent te, ros juventutis tuæ ; Postremo in Hebræo : merem, messaar, lactal, Jeledecheth, quod manifeste, & proculdubio idipsum significat : ex utero ante Luciferum genui te : vox enim illa merem idem est atque e ventre, Messaar vero diluculo præ omnibus, hoc est ante Luciferum, lactal idem est, atque ante rorem puerum, Jeledecheth denique idem est, ac genui te, ut ex eo sermone cognoscas Deum Verbum &c.* Placuit ergo mihi *utero* potiusquam sinu, tamquam magis Virgilianum, & magis consentaneum recitatis interpretamentis.

29. *Centumque secuti militiam sanctam heroes fortesque piique succubuere omnes*) *centum* eo sensu, quo Hor. lib. I. Ode 16. *te greges centum siculaque circum mugiunt Vaccæ*, ubi *centum* accipitur indefinite : *militiam sanctam* &c. i. plurimi Heroes quamvis Sancti, fortes, & pii fuerint, tamen succubuere omnes culpæ Originis, ideoque fuerunt in ditione Diaboli.

30. *Et prodigialiter orti*, *scil. Helciæ natus Zachareaque proles*) Hieremiam, qui fuit filius Helciæ, & Johannem Baptistam, dico *prodigialiter ortos*, i. ante nativitates sanctificatos. Quapropter Origenes hom.

hom. 4. in Hierem. §. 11. de Hieremia ita loquitur: πῶς λέγει πρὸ τοῦ πλάσαι σε ἐν κοιλίᾳ, ἐπίσταμαί σε, καὶ πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας ἡγίακά σε; ὁ Θεὸς ἑαυτῷ ἡγίασε τινάς: τούτων οὐ περιέμενεν, ἵνα ἐλθόντα εἰς γένεσιν ἁγιάσῃ, ἀλλὰ πρὶν ἐξελθεῖν ἐκ μήτρας ἤδη ἡγίασεν, *quomodo dicit, antequam plasmarem te in ventre, novi te, & antequam exires e ventre, Sanctificavi te? Deus sibi sanctificavit aliquos, istum non expectavit ut egressum ad generationem sanctificarit, sed priusquam egressus esset ex Matrice jam sanctificavit*. De utrisque vero, nempe Hieremia, & Johanne Athan. Orat. IV. Contra Arianos ita disserit: πολλοὶ γοῦν ἅγιοι γεγόνασι, καὶ καθαροὶ πάσης ἁμαρτίας. Ἱερεμίας δὲ καὶ ἐκ κοιλίας ἡγιάσθη, καὶ Ἰωάννης ἔτι κυοφορούμενος ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει ἐπὶ τῇ φωνῇ τῆς Θεοτόκου Μαρίας, καὶ ὅμως ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως καὶ ἐπὶ τοὺς ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ; *multi sancti fuerunt, & puri omnis peccati, Hieremias autem & ex ventre fuit sanctificatus, Johannes in ventre portatus exultavit in gaudio ad vocem Deiparæ Mariæ, & simul regnavit mors ab Ada usque ad Mosen, & licet non fuerint peccatores, tamen fuerunt in similitudine transgressionis Ada. Zachareaque proles*, i. Johannes ex Alexio Mazochio in Epigrammate anni 1745. in honorem Conceptionis v. 5. *non suboles Zacharea, dedit cui Gratia nomen Joannes*.

31. *Illustres animæ, tamen illas more leonis ore rapax immane inhians depavit Avernus*) *Illustres animæ* i. omnes heroes memorati ita a me nuncupati ex phrasi Virgiliana desumta Æn. VI. v. 758. ubi Anchises in Elysiis demonstrat venturam progeniem: *illustres animas nostrumque in nomen ituras*. *Tamen illas more leonis* &c Diabolus non raro & a Scripturis, & a Patribus comparatur leoni: Petri I. Cap.V. v. 8. Διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος *Diabolus tamquam leo rapiens*: Athan. de Passione, & Cruce: Διάβολος . . . ὡς λέων περιπατεῖ διψῶν τὴν ἡμετέραν ψυχήν *Diabolus . . . tamquam leo quærens quem rapiat, & absorbeat*. Similitudo leonis est frequens apud Virg. & Hor. *More* ex Æn. IV. v. 515. *non sicut thalami axpertem sine crimine vitam degere more feræ*, & Æn. X. v. 604. *Torrentis aquæ, vel turbinis atri more furens*. *Rapax* ab Hor. Ode XVIII. lib. II. desumitur: *Nulla certior tamen rapaci Orci fine destinata*. *Immane inhians*. Licet Virg. Æn.X. v. 726. dicat de leone: *gaudet hians immane comasque arrexit, & haret visceribus super accumbens*, tamen *inhiare* apud eundem Virg. idem sonat, ac *hiare* Georg. IV. v. 483. *Tenuitque inhians immania Cerberus ora*. *Depavit Avernus*; i. consumsit juxta illud Virg. Æn. II. v. 215. de serpente devorante duo corpora natorum: *& miseros morsu depascitur artus*.

32. *Cujus adhuc torvus vultus truculenta minatur*) quatuor sequentes versus explicant immanitatem Diaboli, aut potius explicant sententiam Macarii Hom. XV. sic de Diabolo disserentis: ὁ πολέμιος κατ-

ου-

οὐδενὸς παύεται πολεμῶν· ὁ Σάτανας δὲ ἀσπλαγχνὸς ἐσὶ καὶ μισάνθρωπος. Διὸ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ πολεμεῖν οὐκ ὀκνεῖ *hostis numquam cessat ferre bellum Satanas Crudelis , & hominum osor. Quare & omnem hominem oppugnare non pigratur*; quam sententiam expressi per illa Horatiana *torvus vultus* lib. III. Od. V. de Regulo, qui *torvus humi posuisse vultum virilem* dicitur, & hac locutione exhibeo Diabolum vel tamquam taurum, unde *torvus* mutuetur suam originationem, vel támquam terribilem, ex quo nomine volunt alii factum esse *torvum* juxta illum versum Poetæ a Cic. recitatum 2. de natura Deorum Cap. 42. *torvus Draco serpit subter supraque revolvens se se*, vel tortorem quasi a torquendo, ex quo verbo derivant alii *torvus*, eo quod tortis oculis intueatur juxta illud Ovidii Metamorph. V. v. 92. *ille tuens oculis immitem Phinea torvis*.

33. *Atque acuit dentes, horrescit, & oris hiatu*) etsi Virg. dicat *acuisse furores* Æn. VII. v. 406. Et *acuisse iras*, Æn. IX. v. 464., & Æn. XII. v. 590. tamen ut ego perstem in continuata allegoria, dixi *acuere dentes, horrescere oris hiatu*, *Pluto vorax*, qui *depavit animas omnes hominum*; deinde interrogo eum, utrum se umquam *exsatures sua viscera, animabus pasta, & proles Jessæa bolus stygius?* quæ omnia referuntur ad edacitatem Diaboli. Itaque *oris hiatus* est Virgilianus desumtus ex descriptione pellis lupinæ, quam Ornitus Æn. XI. v. 680. gerebat pro veste militari, cujus *caput tegebat ingens oris* (lupi) *hiatus*. *Exsaturare* est passim apud Virg. Illa repetitio *numquam* est desumta ex Æn. X. v. 88. *nos ne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo conamur? nos?* *Bolus erit stygius*, h. e. illud quod nos Itali dicimus *buon boccone*, juxta illud Terentii Heaut. act. IV. II. 6. *Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subito e faucibus*: quo in textu *bolus*, teste Epigraphio, idem est ac *præda*.

34. *Speras spe captus inani, cum rabiem ex longo domitrix ea comprimet, atque ut meritas tandem pœnas des improbe coget*) o Pluto speras spe captus inani ex Æn. XI. v. 49. *spe multum captus inani*, cum tuam rabiem ex longo tempore collectam comprimet Maria: *rabiem ex longo* ex Æn. IX. v. 64. de lupo ovibus insidiante: *collecta fatigat edendi ex longo rabies*: *domitrix* ex Georg. III. v. 34. *Domitrixque Epidaurus equorum*: *comprimet rabiem* ex Æn. V. v. 802. *sæpe furores compressi, & rabiem tantam Cœlique marisque*: *dabis improbe pœnas* ex Æn. IV. v. 380.

35. *Non erit hæc etenim Phlegetontis præda futura, quæ potius Phlegetontis erit domitura furorem*) Phlegetontis præda ex Hor. lib. IV. c. IV. *Cervi luporum præda rapacium*: *Domitura furorem*: pro verbo *minuendi* usurpavi verbum *domandi* utpote exprimentius & magis ad rem.

36. *Nimirum postquam sententia Dia &c.*) hæc expressio Horatiana est: *sententia Dia Catonis* alluditur ad maledictionem Divi-

nam , quando Deus comminatus est serpenti , seu Diabolo seducenti per serpentem , quia decepit primos parentes . Quapropter appello *dolosum* , ut alludam ad id quod ait Theodor. quæst. XIII. in Levit. *ἀρχίκακος ὁ ὄφις, καὶ τῆς διαβολικῆς ἐπιβουλῆς ὑπουργὸς auctor mali serpens , & Diabolicæ fraudis minister: Damnavit* &c. alludo ad maledictionem divinam Gen. III. *maledictus es inter omnia animantia , & bestias terræ : Plutona ausum sub veste tegentem anguinea fraudes: anguinea veste* ex Ovid. IV. trist. Eleg. VII. Qui comas Medusæ appellavit anguineas : *Tegentem sub veste* ex Æn. IX. v. 488. *veste tegens : Primam captare parentem humanæ gentis : Captare* accipitur eo sensu, quo Georg. I. v. 139. *tum laqueis captare feras: Summi regnator Olympi* ex Æn. VII. v. 558. *Haud pater ipse velit summi regnator Olympi : Irarum fluctus tumido sub pectore volvens* ex Æn. XI. v. 831. *Irarum tantos volvis sub pectore fluctus: Intonuit sic voce minax : intonuit* ex Æn. VII. v. 609. *atque intonat ore ; Volo femina Ditis prima fuat subjecta jugo: Fuat* ex Æn. X. v. 48. *Tros Rutulusve fuat : Subjecta jugo* i. Eva subjecta jugo Diaboli , quod erat ignominiosum, ut apud Liv. lib. III. Cap. 28. , & lib IX. Cap. 5. *Fuat altera victrix &c.* i. Maria , sive secunda , vel nova Eva ut appellatur ab Athan. de laud. Deiparæ *ἡ νέα Εὔα*. Igitur Eva significavit Mariam . Hinc Epiph. hæres : 78. p. 18. *αὐτὴ (Μαρία) ἐστιν ἡ παρὰ μὲν τῇ Εὔᾳ σημαινομένη δι' αἰνίγματος λαβοῦσα τὸ καλεῖσθαι μήτηρ ζώντων, Hæc (Maria) est ab Eva quidem significata per ænigma accipiens vocari Mater viventium :* unde cum Deus dixit ad Serpentem : *ἔχθραν θήσω ἀνὰ μέσον σου , καὶ ἀνὰ μέσον αὐτῆς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματος σοῦ καὶ ἀνὰ σπέρματος αὐτῆς , οὐδαμοῦ δὲ σπέρμα εὑρίσκεται γυναικός . Ἀλλ' ἡ κατὰ τὸ αἴνιγμα ἐπὶ τῆς Εὔας λαμβάνεται ἡ ἔχθρα πρὸς τὰ ὑπ' αὐτῆς γενόμενα τῷ τε ὄφει , καὶ τοῦ ἐν τῷ ὄφει γενομένῳ διαβόλῳ ; inimicitiam ponam inter medium tui , & inter medium illius , & inter medium seminis tui , & inter medium seminis illius . Nequaquam vero invenitur semen mulieris . Sed in ænigmate in Eva accipitur inimicitia ad facta ab illa , & serpente , & ad facta in serpente a Diabolo .* Ergo Maria fuit illa mulier , sive semen Evæ , de qua Deus per ænigma loquebatur , quæque non accepit mortem . Quapropter idem Epiph. l. c. locutus de Christo facto vita nostra : *ἐκκλείσασα τὸν θάνατον τὸν ἐκ γυναικὸς πάλιν ὁ διὰ γυναικὸς ἡμῖν ζωὴ γεγενημένος, excludens mortem a muliere olim per mulierem inductam nobis vita factus* . Quapropter idem Epiph. ibidem dicit de Maria : *τὴν ὁλόρριζον δόξαν , gloriosam in sua tota radice*, h. e. sine peccato.

37. *Et subjecit enim quo robore nixa , docebo*) est hæc propositio ad instar illius Virgilianæ Æn. IV. v. 116. , & Æn. VIII. v. 50. *Paucis , adverte , docebo* ; & Æn. XI. v. 315. *animos adhibete , docebo.*

38. *Deduci subolem clara de stirpe Davidis præsensit , subitoque Erebeo erupit ab antro infernus late Dominus , lateque tyrannus*) Nimi-

mirum Diabolus præsensit eodem modo, atque Dido Æn. IV. v. 297. *præsensit Regina dolos*, &c. *deduci subolem* ex Æn. I. v. 23. *Progeniem sed enim Trojano a sanguine duci audierat: clara de stirpe Davidis* ex illo celebri: *quis neget Æneæ clara de stirpe Neronem* &c. *erupit*, i. ut Diabolus præsensit concipi Mariam, cum impetu exivit ex antro inferno. *Erupit* eo sensu, quo apud Virg. Æn. X. v. 604. *tandem erumpunt, & castra relinquunt*, i. Ascanius & *nequicquam obsessa juventus*: *ab Antro* eo sensu, quo Æn. III. v. 617. de Polyphemo, *vasto Cyclopis in antro*: *Erebeo* ex Ovid. in Ibin. v. 227. *pectoraque auxerunt Erebeæ felle colubræ*: *infernus late Dominus*, i. *late rex* ut ait Virg. Æn. I. v. 25., *hinc populum late regem*: porro Dominus pro tyranno est apud Virg. Æn. VI. v. 261. *Dominumque potentem imposuit nobis*: *lateque tyrannus* ex Hor. lib. III. Od. XVII. quamvis apud Hor. *tyrannus* sit idem atque apud Hom. εὐρυκρείων i. *late dominans*, tamen heic *tyrannus* ponitur eo sensu, quo Patres Ecclesiæ Diabolum dixere *tyrannum*: Greg. Nazian. in Orat. περὶ φιλοπτωχίας: τῶν ἡμετέρων ψυχῶν λῃστής, καὶ τύραννος *nostrarum animarum latro & tyrannus*: & Orat. IX. Τύραννος πικρὸς τῶν ψυχῶν διώκτης, *tyrannus crudelis animarum persecutor*.

39. *Fraude petens fidensque animi pugnaxque minaxque*) Dico primo *fraude petens*, ut exprimam id, quod ait Basil. M. hom. XX. πολυειδεῖς εἰσι καὶ πολύτροποι αἱ τοῦ Διαβόλου ἐπίνοιαι, *multiplices sunt atque versutæ Diaboli insidiæ*: *fraude petens* ex Æn. IV. v. 675. de Anna increpante Sororem Didonem, quæ sibi conscivit mortem: *me fraude petebas*: *Fidensque animi* ex Æn. II. v. 61. *Fidens animi, atque in utrumque paratus*.

40. *Et magis horrendus, quia corde venena fovebat*) Alluditur ad id, quod ait Chrysost. hom IV. in Epist. ad Philip. reddens rationem cur Diabolus appelletur Δράκων *nimirum* διὰ τὸ . . . ἰοβόλον quod *venenatus sit*, & hom. IV. in eandem Epist. ὄφιν, ὄντα τὸ ἰοβόλον, καὶ θανάσιμον, καὶ ὀλέθριον, *Serpentem venenosum mortiferum perniciosum*: unde subdo *qualia cervumpanique &c.*

41. *Haud mora Jessigenam invadit* &c.) *Jessigenam* procusum est adinstar *phœbigena* Æn. VII. v. 773. *Nubigena* Theb. I. v. 365. apud Statium: *Quam condit in alvo* ex Æn. II. v. 401. *Nota conduntur in alvo*: *Anna parens* ad instar illius Virg. Æn. IV. v. 9. *Anna soror*: *Humano sanguine cretam* ex Æn. II. v. 74. Sensus est subito invadit genitam a Jesse, quam Anna parens servat in alvo jamjam conceptam ex humano sanguine.

42. *Ac bellum importunum* &c.) En Basilianæ πολύτροποι τοῦ Διαβόλου ἐπίνοιαι, *versatiles diaboli insidiæ*. Primum igitur meditatur, & infert bellum importunum, quod expressum est ex Æn. XI. v. 305. *bellum importunum, Cives, cum gente Deorum, invictisque viris gerimus*: *meditatur bellum* factum est ex Æn. X. v. 455. ubi leo videt

 tau-

taurum prælia *meditantem* : *infert* ex Æn. III. v. 248., *Bellumne inferre paratis* : deinde *Insidiasque omnes molitur* : *molitur insidias* ex Georg. I. v. 271. *Nulla Relligio vetuit insidias moliri avibus*. *Ut ipsa petita*, i. eo sensu, quo Epod. V. apud Hor. *petita ferro bellua* : *succumbat*, quomodo Dido Æn. IV. v. 19. dixit *succumbere culpa* : *ruat*, eo sensù, quo Æn. X. v. 338. *fratremque ruentem sustentat* : *dedita serviat Orco* : hæc erat ignominia a Diabolo inferenda Mariæ, quod ignominiosum fuisse ostendit Creusa Æn. II. v. 786. ubi testatur se indignari *aspicere sedes hostiles*, *aut Grajis servitum matribus ire*. Hoc magis vero erat ignominiosum servire Diabolo, i. peccato : nam qui servit peccato, servit Diabolo : unde Chrys. hom. II. de precibus : *ἀληθῶς ὁ δουλεύων ἡδοναῖς, δαίμοσιν ὁμιλεῖ, καὶ τὴν ἐκείνων μανίαν ἐζήλωσε*, *vere serviens voluptatibus*, *cum dæmonibus rem habet*, *eorumque insaniam imitatur*. Qui vero servit peccato, servit servitutem turpissimam. Hinc idem Chrys. hom. LIV. in Johan. *τῆς ἁμαρτίας χαλεπωτάτην δουλείαν*, *peccati turpissima servitus*.

43. *Demens*, *qui magno tendit molimine contra!*) *demens* est loco admirationis, & imitatur illud Virgilianum Æn. IV. v. 662. ubi a Mercurio redarguitur Æneas : *demens ! nec Zephyros audis spirare secundos* : *qui tendis contra* ex Æn. V. v. 21. *nec nos obniti tantum*, *nec tendere contra sufficimus* : *magno molimine* Ovidianum est Metamorph. II. v. 351. *revellere dumo annosam quercum magno molimine tentat*.

44. *Qualem illam genituram hominum superumque Satorem ipso in conceptu erudiit Deus arma movere robore suffecto*, *quo Tænaron exsternaret*) nimirum Deus Mariam ut futuram matrem suam in ipsa Conceptione docuit decertare immissa ejus in pectore virtute, qua posset primum perterrefacere infernum hostem, deinde prorsus evincere. *Genituram* &c. ex Æn. IX. v. 642. de Julo : *dis genite & genitura Deos* ; *hominum superumque Satorem* ex Æn. I. v. 258. *olli subridens hominum sator atque Deorum*, ex Æn. XI. v. 725. *At non hæc nullis hominum sator atque Deorum observans oculis* : *Deus erudiit &c.* ex illo : *Quæ te leges præceptaque fortia belli erudiit* : *Arma movere* ex Æn. XII. v. 6. in comparatione leonis : *tum demum movet arma leo* : *Quo Tænaron exsternaret* ex Catul. carm. LXIII. seu de Venere v. 71. *Ah miserum assiduis quam luctibus exsternavit!* *Tænaron* pro inferis ex Lucan. lib. IX. v. 36. *Dorida tunc Malean*, *& apertam Tænaron umbris*, *inde Cythera petit*. *περιφράζω* id quod ait Athan. de sanctissima Deipara : *ἡ παρθένος δυναμωθεῖσα ἐκ τῆς τοῦ ὑψίστου δυνάμεως* *Virgo corroborata ex Altissimi virtute*.

45. *Nam nova* &c.) *Nova miles* Ovidianum est ex epist. II. Heroid. v. 48. *& nova miles eram* ; & alibi : *nova miles in armis* : *Studiis asperrima belli* ex Æn. I. v. 18. *Mole stat horribili* ex Æn. X. v. 771. de Mezentio : *mole sua stat* : *Dextraque* : in dextera virtus est bel-

bellandi. Hinc Æn. VI. v. 876. *invictaque bello dextera*. *Statuque* metaphora e gladiatoribus petita, qui *stabant*, vel *ponebant se in statu*. *Minaci* Æn. VIII. v. 668. *& te, Catilina, minaci pendentem scopulo.*

46. *Bellatorem abigit, veteratoremque furentem*) *bellatorem* &c. legite dictum Macarii in animadvers. 32. *abigit* i. prohibet, ejicit, &c. eo sensu, quo II. de Oratore apud Cic. cap. 60. dicitur: *puer abige muscas*: *Veteratoremque* i. πανοῦργον, ut diabolum nuncupat Athan. de Passione & Cruce Domini.

47. *Ceu Cherubinus enim* &c.) *ceu Cherubinus* &c. nota est historia Cherubini, quem Deus Genes. III. v. ultimo dicitur collocasse ante Paradisum voluptatis armatum flammeo gladio & versatili ad custodiendam viam ligni vitæ. *Dextra metuendus* &c. ad instar illius Horat. lib. III. Od. 2. *Eques metuendus hasta*. *Intercluso* &c. nimirum Cherubinus prohibebat ab horto intercluso Adæ jam facto extorri ipsum Adam desertorem ob peccatum. Igitur *intercluso* dicitur eo sensu, quo Æn. II. v. 110. *Sæpe illos aspera ponti interclusit hyems*, ubi interclusit est idem atque impedivit: *Extorris* ex Æn. IV. v. 616. *finibus extorris*: *prohibebat ab horto* eo sensu quo Æn. I. v. 592. *prohibe infandos a navibus ignes*: *Desertorem ipsum* ex Æn. XI. v. 15. ubi Turnus appellat Aeneam *desertorem Asiæ*: *Majestatisque supremæ quippe reum* i. reum Adamum majestatis divinæ. Qui vero dicebatur reus majestatis, docet Sigonius de ant. jure Lib. II. cap. 18. *Rei dicuntur majestatis, qui de majestate (populi, Regis, vel magistratus) læsa seu imminuta accusantur*. Edocuit prius idem Sigon. quid erat *lædere vel minuere* i. committere aliquid contra majestatem populi, Regis, magistratus. Cum igitur Adamus fuerit mandati divini refractarius, dicitur reus supremæ majestatis: *Horrida manu, & vultu* factum est ex illo Georg. IV. v. 254. *horrida vultum deformat faciem*: *Ab sese ut concluso horto &c.* alluditur ad sententiam Epiphanii de Laudibus B. Virginis Mariæ: καὶ σαφῶς κατάγγελται (προφήτης) κῆπος κεκλεισμένος, ἀδελφή μου νύμφη, κῆπος κεκλεισμένος κ. τ. *& aperte prologuitur (propheta) hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus* &c.

48. *Quandoquidem* &c.) pergo explicare quomodo Maria sit δυναμωθεῖσα, nempe inest ei gratia, quam gratiam virtutem appello, quia sic appellavit Athan. l. c. explicans illud Gabrielis: χαῖρε κεχαριτωμένη. *Munifica suffecta manu* &c. i. omnibus abundavit Maria gratiis: ecce vobis totus textus Athan. l. c. ἐπείπερ διὰ τοῦτο κεχαριτωμένη προσαγορεύεσθαι, διὰ τὸ ἐν πάσαις χάρισι διὰ τοῦ Πνεύματος ἐμπεπλῆσθαι αὐτὴν, καὶ δύναμιν ὑψίστου ἐπισκιάζειν αὐτῇ *propterea plena gratia appellata est eo quod omnibus gratiis per Spiritum affluenter abundarit illa, & virtus Altissimi obumbrarit eam*. *Munifica manu* idem est quod Æn. VI. v. 883. dicitur *plenis manibus*; *munificus* vero legitis apud Ovid. Lib. IV. de Ponto El. I. *nec mihi munificas arca negavit opes*: *Divinitus* in Georg. IV. v. 415: *quia sit (ingenium) divinitus* i. a. Deo.

49.

49. *Unde immissa* &c. *immissa* accipitur eo sensu, quo accipitur *immittitur* apud Ovid. Metamorp. VI. *illic & lentum filis immittitur aurum; totumque pererrans* idem est ac *penitusque pererrans* Aen. IV. v. 365. *Maxima vis*; *vis* heic est ea quam memorat Hor. Lib. IV. Od. IV. *doctrina sed vim promovet insitam: animumque & corpus roborat una:* Hor. l. c. dixit *pectora roborant*. *Vimque aliam &c.* scilicet ut ait Athan. l. c. gratia seu virtus data fuit Mariæ eodem modo atque Apostolis ad contrarias potestates vincendas: *Reicit* ex Ecl. Virg. III. v. 96. *a flumine reice capellas*.

50. *Quocirca clamavit ubi* &c. simili clamore Mars apud Hom. Iliad. V. v. 859. exsternavit Achivos & Trojanos. *ὁ δ' ἔβραχε χάλκεος Ἄρης ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι ἀνέρες ἐν πολέμῳ ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος τοὺς δ' ἄρ' ὑπὸ τρόμος εἷλεν Ἀχαιούς Τρωάς τε δείσαντας, Τόσσον ἔβραχ' Ἄρης ἄτος πολέμοιο ille autem boabat quantum novies mille clamant vel decies mille viri in bello certamen committentes Martis: tremor vero occupavit Achivosque Trojanosque territos; tantum boavit Mars insatiabilis belli: imperterrita diva*, ex Æn. X. nempe cum supra dixerim de Maria: *mole stat* &c. nimirum illud ipsum quod Mezentio tribuitur, pergo tribuere Mariæ, quod eidem Mezentio tribuit Virg. *manet imperterritus ille*.

51. *Increpuitque Orcum*) *increpuit* ex Aen. XII. v. 728. *Rutulos simul increpat omnes*. *Satana retrorsus abito:* hæc sunt verba a Christo diabolo dicta, ut in Evangelio; nihilominus ipse Christus facit cuique copiam dicendi diabolo, ut vincat per eadem verba sicut, docet Athan. de Pass. & Cruce: *ἄρτι δὲ πάτεῖται καὶ θέλων ἀπατᾶν ἀκούει: ὕπαγε ὀπίσω Σατανᾶ ...... πολλοὶ δὲ ἐπιπλήττοντες, καὶ λέγοντες εἰ θέλοι κωλύειν ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ nunc autem conculcatur, & volens decipere audit: vade retro Satana .... Multi autem increpantes & dicentes, modo velint prohibere: vade retro me Satana:* Igitur si quicunque velit esse diaboli victor, potest ea verba Christi usurpare, possum fingere ea usurpasse Mariam, quippe cui suggesserit Christus ipse, cujus futura passione præservabatur ab originali labe, & hoc pacto vincebat diabolum.

52. *Obstupuit &c.* Virgiliana omnia: *obstupuit* enim est sollemne in illo: *obstupui steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit*. *Gelidusque horror quatit omnia membra* Aen. III. v. 29. *mihi frigidus horror membra quatit*.

53. *Non secus ac barritum &c.*) *barritum* derivant a barro, i. elephanto, & barrum a barriendo, quod verbum est elephanti proprium juxta locum Spartiani in vita Getæ: *agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minurriant, ursi sæviunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt, asini rudunt, tauri mugiunt*. Igitur a barro factus est *barritus*, qua voce significatur clamor militaris. Hinc Vegetius Lib. III. de Re militari cap. XVIII. *clamor,*

quem

quem barritum vocant, *non prius debet exaudiri*, *quam acies utraque se junxerit*. Et Ammianus Lib. XXXI. *Romani quidem vocè undique Martia concinentes a minore solita ad majorem protolli*, *quem gentilitate appellant barritum*, *vires validas erigebant*. Igitur sensus est: ut Maria ea verba: *Vade* &c. protulit, hujusmodi vociferatio veluti barritus diabolum perterrefecit: dicitur *horrendus*, ut alludatur ad naturam *barritus*, quia ut ait Ammianus, erat terrificus: *pro terrifico fremitu*, *quem barbari dicunt barritum*: Nimirum vox incondita instar illisorum fluctuum; quapropter idem Ammianus Lib. XVI. *cornuti ut braccati usu præliorum diuturno firmati excipiunt eos jam gestu rientes barritum ciere vel maximum*, *qui clamor ipso fervore certaminum a tenui susurro exoriens paullatim adolescens ritu extollitur fluctuum cautibus illisorum*.

54. *Victus ita* &c. cum dixerim: *gelidusque horror quatit omnia membra*, pergo in eadem allegoria ita, ut accreverit timor cum pallore & tremore, quem indicat *paveat* & *tremiscat*, quæ Virgiliana sunt, Georg. IV. v. 152. *Dictæo Cœli regem pavere sub antro*; & Aen. V. v. 694. *tonitruque tremiscunt ardua terrarum*.

55. *Diffugiens* &c.) Non est mirum diabolum visa Maria diffugisse territum; namque apud Homerum Iliad. T. v. 14. Myrmidonas viso Achille stiparo armis a Thetide delatis horruisse & diffugisse: *αὐτ᾽ ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα* (*τεύχεα*) *Μυρμιδόνας δ᾽ ἄρα πάντας ἕλε τρόμος*, *οὐδέ τις ἔτλη ἄντην εἰσιδέειν*, *ἀλλ᾽ ἔτρεσαν illa sonitum dederunt artificiose facta* (arma) *Myrmidonas omnes cepit tremor*, *neque aliquis ausus fuit contra intueri*, *sed territi fugerunt*. *Diffugiens* i. huc & illuc fugiens ut Æn. II. *Diffugimus visu exsangues*.

56. *Ceu cum pulsus* &c.) *Pulsus* i. deturbatus fuit e Cœlo ob superbiam, quod placuit his phrasibus Virg. exprimere, nimirum *pulsus* ex Æn. XI v. 539. de Metabo: *pulsus ob invidiam regno*, *viresque superbas*: *æthere summo* ex Æn. XII. v. 853., *Celerem demittit ab æthere summo*.

57. *Præcipiti lapsu* &c.) *præcipiti lapsu* ex Æn. III. v. 225., quamvis Virg. cum lapsu addat *horrifico*: *at subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt* (Harpyiæ) *præcipiti* vero utitur Virg. Æn. VIII. v. 257. de Alcide: *seque per ignem præcipiti jecit saltu*. *Loca sola* i. deserta ex Terent. Andr. II. 4. *Venis meditatus alicunde ex solo loco* i. deserto: *Petiverit horrens*: *petiverit* i. iverit, cujusmodi multa sunt exempla apud Virg. Æn. VII. v. 562. *Cocytique petit sedem* &c.

58. *Semianimisque* &c.) cum timorem externum diaboli expresserim, progredior ad exprimendum timorem animi internum: *semianimis* sæpe apud Virg. Æn. X. v. 404. *cadit semianimis Rutulorum* ... *calcibus arva*; Et ita semianimis, ut fuerit similis ei, qui viderit anguem iras minantem; quæ comparatio est apud Hom. Iliad. Γ de Alexandro v. 33. *ὡς δ᾽ ὅτε τίς τε δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέστη οὔρεος ἐν βήσσῃς ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα ἂψ τ᾽ ἀνεχώρησεν ὠχρός τε μιν εἷλε παρειάς*,

pedes, ut quando aliquis videns Draconem resiliens fugit montis in saltibus, & tremor occupat artus, retroque recedit, & pallor ejus afficit genas: quam comparationem expressit Virg. Æn. II. v. 378. de Androgeo: *obstupuit, retroque pedem cum voce repressit, improvisum aspris veluti, qui sentibus anguem pressit humi nitens, trepidusque repente refugit attollentem iras, & cærula colla tumentem*: *Ore fero &c.* ex Georg. III. v. 439. *linguis micat ore trisulcis* (anguis).

59. *En genus insuetum belli* &c.) Hæc sententia expressa est Iliados E. v. 682. ubi Hector solo aspectu perterrefecit Danaos. *Genus insuetum* pro insolito, ut Æn. V. v. 16. *insuetum per iter* &c. *Unde venit* &c. ex Hor. Sat. I. lib. 1. *momento aut cito mors venit aut victoria læta*.

60. *At licet* &c.) *Hæc finis* ex Æn. II. v. 559. *hæc finis Priami fatorum* &c. *Tentaminis* potius dixi, quam certaminis; quia non ausus fuit inimicus infernus cum Maria consecere manus, sed tantum tentavit; unde mansit ea in Virginitate Sancta, ut de ea dicerem id, quod ait Epiph. de laudibus Deiparæ: ἔμεινεν ἐν παρθενίᾳ ἡ ἁγία καὶ σέμνη κόρη, *mansit in virginitate sancta, & veneranda puella Maria*. Porro *tentaminis* factum est ex illo Ovid. Metam. III. v. 341. *vocisque data tentamina sumsit*.

61. *Vix tamen* &c.) videte quanto cum jure Cyrillus Hierosolym. Cate. IV. comparaverit Diabolum incudi ob suam animi voluntatem in malefactis obstinatam ὁ διάβολος . . . ὥσπερ γὰρ ἄκμων ἀνέλατον τὴν καρδίαν κτησάμενος, *Diabolus tanquam incus indomabile cor possidens*. Quamvis enim victus abire debuisset, tamen vix elapsus ex oculis victricis Mariæ collectis animis pergit sævire.

62. *Minarique* &c.) ex Æn. XII. v. 760. *præsensque minatur exitium*.

63. *Quia vincere sperat, Tartaream si poscat opem*;) nimirum sibi adblanditur Diabolus posse vincere, si poscat opem e suis sociis Tartareis: Porro *poscat opem* est desumtum ex Hor. in Arte: *Alterius sic altera poscit opem*.

64. *Lectisque repugnet* &c.) *Lectis* ex Æn. IX. v. 48. *Viginti lectis equitum* &c. *repugnet*: i. rursum pugnet ex Æn. XI. v. 749. *Contra ille repugnans sustinet a jugulo dextram*: *accitis sociis* ex Æn. XII. v. 38. *Socios sum accire paratus*.

65. *Hinc talia secum*) Diabolus loquitur ad semetipse, quod non est insolens apud Poetas: Iliad. XXII. v. 99. Hector loquitur ad seipse, & Æn. IV. etiam Dido loquitur secum.

66. *Cur ita diffidam cum me & mea signa sequantur*) Alluditur ad jusjurandum militum relatum a Polybio lib. VI. 19., *Se . . . ducem secuturos, signa non deserturos* &c. *Mea signa sequantur* ex Æn. X. v. 338. *principio sociis edixit signa sequantur*.

67. *Ut taceam lixas omnes, omnesque calones*) *Lixæ*, & *Calones* erant

erant genus militum, quos ita describunt auctores: Orosius lib. V. Cap. X. de exercitu Antiochi Sedatæ: *centum millia armatorum; ducenta millia amplius calonum, atque lixarum immixta scortis, atque histrionibus:* Justinus lib. XXXVIII. LXX. *millia armatorum secuta sunt CCC. millia lixarum:* Tacitus lib. III. histor. *simul lixa, calonesque cum recentissimis equitum Bedriacum mittit copias ceteraque usui allaturos*. Ingenium vero calonum lixarumque erat corruptius, ut apparet ex eodem Tacito lib. III. *Calonum lixarumque amplior numerus, & in libidinem, ac sævitiam corruptior*.

68. *Tot bello assueta turmæ* &c.) Jactat se Diabolus habere turmas, & cohortes; turmæ vero sunt equitum. Quocirca Festus: *turmam equitum dictam esse ait Curiatius quasi terimam, quod terdeni equites* &c deinde scribit verba Varronis lib. IV. de L.L. quod *terdeni equites ex tribus tribubus Tatiensium, Ramnium, & Lucerum fiebant*. Hinc Virg. Æn. X. v. 239.; primum memorat Arcadem equitem, mox subjungit certum fuisse Turno turmas opponere Latinis, ne castra jungerent: *Arcas eques: medias illis opponere turmas, ne castris jungant, certa est sententia Turno*. *Cohortes* autem sunt peditum. Quapropter Cicero pro Marcello distinguit eas ita: *nihil tibi Cohors, nihil turma decerpit*. Quare cum Georg. II. v. 279. dicitur: *ut sæpe ingenti bello cum longa cohortes explicuit legio, cohortes* sunt peditum. *Assueta bello* ex Æn. IV. v. 261. *Genitor bellis assuetus Ophaltes*.

69. *Quas scio, si jusso* &c.) *Jusso* pro jussero Æn. XI. v. 467. *Cetera, qua jusso, mecum manus inferat arma: jussa exhaurire*, i. exequi ex Cic. ad Atticum lib. V. *ut antequam proficiscaris, mandata nostra exhaurias*.

70. *Hæc lateri auxilia agglomerem* &c.) agglomerare lateri pro adjungere Æn. II. v. 341. *& lateri agglomerant nostro: auxilia* ex Æn. VIII. v. 8. *undique cogunt auxilia*, i. copias auxiliares.

71. *His ultricibus vindex hostis ero* &c.) i. ulciscar hostem his copiis auxiliaribus, seu turmis, seu cohortibus. *Ultricibus* ex Æn. VI. v. 473. *Ultricesque sedent in limine Diræ: hostis* feminei generis apud Ovid. de Art. Am. lib. II. v. 461. *cum certa videbitur hostis: cujus formidine pulsus terga dedi* ex illo Æn. XII. v. 645. *terga dabo? retulique pedem* ex Æn.X. v.794. *ille pedem referens* &c. *trepidusque refugi* ex Æn. II. v. 380. *trepidusque repente refugit: quando solus eram: quando* pro quoniam ex Æn. I. v. 265.

72. *Sic dicens fulminis instar*) *fulminis instar* idem quod Æn. IX. v. 706. dicitur *fulminis modo: phalarica fulminis acta modo*, & Æn. XI. v. 616. *fulminis in morem excussus Aconteus*.

73. *In Phlegetonta ruit Phlegetonteoque barathro* &c.), Phlegeton est flumen infernum, ut Styx, Acheron, &c., sed heic accipitur pro ipsis inferis. *Phlegetonteoque barathro: barathrum*, si credimus Dio-

 me-

medi lib. I. erat locus apud Inferos; si vero originationem expiscemur a בּוֹר ber puteus & אָחוֹר athor latus; Hesychius exponit χάσμα καταχθόνιον. Erat igitur barathrum locus profundus, quem tenebat ea tota gens, quam Diabolus contraxit. Ceterum Suidas sentit barathrum fuisse profundum locum quemdam Athenis, quo malefici inijciebantur, quemadmodum Ceada Lacedæmone: Βαράθρον τόπος βαθύς, ὅπου οἱ κακοῦργοι ἐμβάλλονται Ἀθήνησι .... ὥσπερ εἰς τὸν Κιάδαν Λακεδαίμονι *barathrum locus profundus, quo malefici injiciuntur Athenis, ut in Ceadem Lacedæmone*.

74. *Excivit turbam suffectam sanguine, & igne*) nimirum Diabolus ex hoc barathro excitavit magnam turbam minitantem, quod exprimitur per illud Virgilianum Æn. II. v. 210. de geminis anguibus: *ardentesque oculos suffectos sanguine, & igni*: *immensam* i. magnam quemadmodum *immensæ nubes* Georg. IV. v. 557.

75. *Excivit porro Eumenides* &c.) *Eumenides* sunt Furiæ, quæ sunt apud inferos: nam ut ait Servius in IV. Æn. *Diræ* reperiuntur in Cœlo, *Furiæ* in terris, & *Eumenides* apud inferos. Dicuntur autem *Eumenides* per antiphrasim εὐμενεῖς benevolæ, cum revera sint δυσμενεῖς malevolæ; porro *Eumenides* usurpatur Æn. IV. v. 469. *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus*: *ternas* pro tribus Æn. VIII. v. 565. *terna arma movenda*: *immania monstra* Æn. III. v. 583.: *noctem illam tecti silvis immania monstra perferimus*.

76. *Præfecitque duces propugnatoribus illis*.) *Duces* generis feminini Æn. I. v. 368. *dux femina facti*.

77. *Pergit, & auxilio* &c.) i. postquam præfecit Furias sive Eumenidas illis suis propugnatoribus, Diabolus vocavit auxilio *Persephonen*, i. mortem cum suo comitatu. *Vocavit auxilio* ex Æn. V. v. 686. *auxilioque vocare Deos*: *Persephonen* pro morte ex Ovid. Heroid. ep. XXI. v. 46. *Persephone nostras pulsat acerba fores*: *turmis comitatam*; alluditur ad illud Apocalypf. Cap. VI. v. 8. *& ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi mors, & infernus sequebatur eum*: iccircò morti tribuuntur turmæ: *Comitatam* passive ex illo Tibulli lib. III. el. II. v. 13. *sed veniat cara matris comitata dolore*, & ex Æn. I. v. 316. *comitatus Achate*: *gestantum manibus* &c. ex illo Hor. lib. I. Od. 35. *te semper anteit sæva necessitas clavos trabales, & cuneos manu gestans ahena*; id quod Hor. tribuit ipsi morti, ego tribuo mortis sectatoribus.

78. *Strigosi quorum* &c.) *Strigosi* Liviana phrasis est lib. XXVII. cap. 47. *equi strigosiores* i. macilentiores: *& suprema macie confecti* ex Æn. III. v. 590. de Achæmenide: *macie confecta suprema ignoti nova forma viri*: *quadrupedantes* ex Æn. XI. v. 614. *præfractaque quadrupedantûm pectora* &c.: *horrendis hinnitibus* &c.; *hinnitus* proprius equorum, de quo videte animadvers. 55.

79.

79. *Addidit huic numero* &c.) i. *addidit* prioribus dæmones alios noxios; nam Glossæ Philoxeni interpretatæ sunt *Lemures νυκτερινοὺς δαίμονας nocturnos Dæmonas*. Fateor autem *Lares* fuisse bonos.

80. *Qui duxere alias* &c.) nimirum Larvas etiam noxias; hinc ab August. lib. IV. de Civ. Dei appellantur *terriculamentum mortalium*, ab Apul. apol. *bustorum formidamina*, & *sepulcrorum terriculamenta*, in veteribus Glossis *larva* appellatur *δαιμόνιον, εἴδωλον*.

81. *Harpyiis similes* &c.) hæc omnia imitantur Horatiana Epod. V. sub finem, ubi puer minatur se postquam exspiraverit, Sagas tamquam nocturnam umbram illas exterrere: *petamque vultus umbra curvis unguibus, quæ vis Deorum est Manium*. Dicuntur Harpyiis similes, quia sic describuntur a Virg. Æn. III. v. 212. & seqq., quos videte.

82. *Addidit Æth.* &c. *Æthiopes* sunt species quædam Dæmonum in Orat. de exitu Animæ, quæ Cyrillo Alex. adscribitur: *Θεωρεῖν τοὺς φοβεροὺς, καὶ ἀγρίους, καὶ ἀπηνεῖς καὶ ἀνιλέωτους δαίμονας ὡς Αἰθίοπας ζοφώδεις παρισταμένους*, *videre terribiles, & feroces, & immites, & immisericordes, & indomitos Dæmones tamquam atros Æthiopas adstantes*: & de anima hominis impii: *τότε παραλαμβάνουσιν αὐτὴν οἱ Αἰθίοπες ἐκεῖνοι δαίμονες*, *nunc arripiunt eam Æthiopes illi Dæmones*. Unde Petrus Pictaviensis cecinit:

Qui nos instrueret, qui nos in agone doceret,
Artibus Æthiopes vincere posse sacris.

& Petrus Damianus ad Desiderium: *ecce duo teterrimini & trucis vultus Æthiopes tamquam leones rugientes eum invadunt, rapaci ferocitate corripiunt, de corpore violenter evellunt*.

83. *Quos ante incessere animis* &c.) En comitatus Æthiopum Dæmoniorum: *Iræ discordibus animis* ex Æn. IX. v. 688. *tum magis increscunt animis discordibus iræ*: *Insidiæ septæ caligine cæca* ex Æn. I. v. 443. *infert se septus nebula*; & ex Æn. VIII. v. 253. *involvitque domum caligine cæca*. *Ordine post longo* ex Æn. VIII. v. 722. *incedunt victæ longo ordine gentes*: *Fraudisque Dolique manipli* ex Æn. XI. v. 463. *Tu, Voluse, armari Volscorum edice maniplis*. Quot capita comprehenderit manipulus, nescirem determinare; nam tempore Romuli manipulus comprehendebat centum capita; hinc in Collectaneis adscriptis Aurelio Victori, vel alii: *Romulus coacta pastorum manu, eaque in centenos homines distributa, perticas manipulis fœni varie vinctas dedit; unde institutum, ut postea milites, qui ejusdem signi essent, manipulares dicerentur*: consentit Plutarchus asseverans illam manum *συλλελεγμένην εἰς ἑκατοστύας*, *divisam in centurias*: deinde Romanis auctis opibus manipulus comprehendit capita ducenta; quapropter Isidorus lib. IX. Cap. III. *manipulus ducentorum est militum*: labente vero impetio manipulus iterum fuit minor, quod indicat Vegetii locus lib. II. Cap. XIII. *Contubernium autem manipulus vocabatur*: nemo unus vero ignorat contubernium fuisse sodalitatem decem militum, quibus præ-

rat *Decanus* dictus *Papilio*. Unde videtis postremis temporibus manipulum fuisse multo minorem. Diceris quem sensum dederim manipulis Fraudisque Dolique? nimirum illum Reipublicæ florentis.

84. *Qui callent* &c.). Ex Catullo adumbratur hic versus carm. 75. *Quæ mihi subrepens*; *Subrepere* vero est latenter repere, & ire, ut assolent fraudes, & doli, atque Catullus idem Carm. seq. *siccine subrepsti mi* pro subrepsisti mihi eodem sensu.

85. *Eduxit Behemoth* &c.). *Behemoth* est Elephantus ab Hebræo בהמות: Behemoth, de quo mentio fit Jobi 40. v. 10. accipitur etiam pro Dæmonio, ut ait Ducancius, cui teste Muratore in Hist. Luitprandi quadrat illud,

Fallax, impie, crudelis, inique,
Impie Leviathan, Behemoth peras
Antiquum renovare tuum jam fraude duellum
Crimine pro cuncto pœnas lues.

Quem cohors stipata tegebat ex Æn. XI. v. 12. namque *omnis eum stipata tegebat turba ducem*: *impia*: nempe cum sit Tartarea, est impia; nam Tartara dicuntur impia Æn. V. v. 733. *non me impia namque Tartara habent, tristesque umbræ*, & Æn. VI. v. 543., *& ad impia Tartara mittit*. *Scutata*, ut Æn. IX. v. 370. *scutati omnes Volscente Magistro*: *aspera cultu* ut Æn. V. v. 730. de gente Itala: *Gens dura, atque aspera cultu debellanda tibi Latio est*.

86. *Pars implere manus* &c. *implere manus* ex Æn. IX. v. 70. *Atque manum pinu flagranti fervidus implet*: *graviter spirantibus hydris* ex Æn. VII. v. 753. *Vipereo generi & graviter spirantibus hydris*: *atque inferre luem mortalibus agris* ex Æn. II. v. 268. *tempus erat, quo prima quies mortalibus agris incipit*.

87. *Pars moliri ignem* &c.) *moliri ignem* ex Æn. X. v. 131. *Molirique ignem nervoque aptare sagittas*: *flammaque absumere* ex Liv. lib. XXX. Cap. 7. *absumi flammis*: *parsque vipeream exspirare animam* imitatur illud Æn. VII. v. 351. *vipeream inspirans animam*.

88. *Ducit* &c.) *ducit & hos omnes sequitur postrema flagello sanguineo accincta* ex Æn. VIII. v. 703. *quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello*: *accincta flagello* ex Æn. VI. v. 570. *continuo sontes ultrix accincta flagello*: *& gaudens Bellona cruentis* ex Hor. Lib. II. Sat. III. *Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis*, i. cædibus.

89. *Quam ferro cernis* &c.) custodia pro custode Aen. VI. v. 574. *cernis custodia qualis vestibulo sedeat? Stricto ferro* ex Aen. IV. v. 580. *Strictoque ferit retinacula ferro*.

90. *Non vultu facilis* &c.) ex Aen. III. v. 621. de Polyphemo: *nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli*.

91. *Has acies* &c.) *convenit* eo sensu, quo Aen. V. v. 490. *convenere viri*, & Aen. XI. v. 36. *olli convenere*, i. congregati sunt: *acies*

acies subitaria: milites *subitarii* dicebantur lecti in tumultu, unde etiam *tumultuarii*: hinc apud Liv. lib. III. Cap IV. *ad eum expellendum Latini, Hernicique, & Colonia Antium dare Quinctio subitarios milites jussi*: & cap. 30. *exercitum subitarium scribere*. *Tumultus* autem erat improvisum bellum Italicum, aut Gallicum. Quapropter Cic. Philip. VIII. *Itaque majoresnostri tumultum Italicum, quod erat domesticus, tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus: praeterea nullum tumultum nominabant*. Igitur cum ex improviso a diabolo lecta sua fuerit acies, appellatur *subitaria*.

92. *Infremuit* &c.) tota haec comparatio desumta est ex Athan. de Cruce, & Pass. Domini, quamquam sit aliqua dissimilitudo; ille enim comparat Diabolum cum misero animalculo vespae dicto ζωφίῳ, quem videre.

Ditis ut e portis &c.) *Se fundunt agmina* &c.) Ex Æn. XII. v. 122. *pilataque plenis agmina se fundunt portis*: *ductor Avernalis nunc huc nunc vertitur illuc*, ex Aen. IX. v. . *Magnae molis equi sessor*: *Sessor* est Hor. lib. II. ep. . *Sessor equi* &c. *ferrugine tecti* i: nigrioris coloris ut Æn. IX. v. 582. *ferrugine clarus Ibera*; *miles & aequatus numero* &c. *aequatus numero* ex Aen. VII. v. 698. *ibant aequati numero, regemque canebant*: *procedere visus* ex Aen. XII. v. 121. *procedit legio Ausonidum*.

93. *Tendit iter* &c.) *tendit iter* ex Aen. VII. v. 7. *tendit iter velis*: *celeratque gradum* ex Aen. IV. v. 641. *illa gradum studio celerabat anili*.

94. *Heic simul increpuit sonitum tuba* &c.) ex Aen. IX. v. 503. *at tuba terribilem sonitum simul aere canoro increpuit*: *constitit agmen* i. acies, quae procedebat, constitit: namque *acies est exercitus consistens*, *agmen ambulans*, verba sunt Servii ad octavum Aen.

95. *Qualis & ore tonans* &c.) quamvis Virgilianum sit *intonat ore*, tamen *tonat ore* est apud Plin. in Praefat. Lib. III. *quanto tu ore laudes patris tonas*: *Pluton* ex Aen. VII. v. 372. *Odit & ipse Pater Pluton, odere sorores*: *his vocibus hiscit* ex Aen. III. v. 314. *Subjicio, & raris turbatus vocibus hisco*.

96. *Delecti comites* &c.) *Delecti comites* ex Aen. V. v. 190. *Delegi comites* &c. *dominarier* ex Aen. VII. v. 70. *& summa dominarier arce*. Animadvertite gloriationem diaboli ita ab Athan. orat. I. contra Arianos expressam: πάλαι μὲν οὖν ἀπατήσας τὸν πρῶτον ἄνθρωπον Ἀδάμ, καὶ νομίσας δὶ ἐκείνου ὑποχειρίους ἐσχηκέναι τοὺς ἅπαντας ἐνήλλατο θρασυνόμενος, καὶ λέγων: τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψομαι τῇ χειρὶ ὡς νοσσιὰν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ καὶ οὐκ ἔστιν ὅς διαφεύξεταί με, ἢ ἀντείπῃ μοι *olim quidem cum seduxisset primum hominem Adam putans per illum habuisse suis manibus omnes subjectos insultabat dicens: orbem comprehendi manu tamquam nidum, & ut ova comprehensa tollam, & non est, qui fugiat me, vel contradicat mihi*.

97.

97. *Regnastis populorum* &c.) *Regnastis populorum* ex Hor. Lib. III. Od. ult. *Et qua pauper aquæ Daunus agrestium regnavit populorum: ut caput imperium* &c, ex Hor. Lib. I. Od. XXVIII. *nullum sæva caput Proserpina fugit :* sensus autem est : imperium vestrum protensum est in omnes homines : interea videte id quod ait Athan. Orat. I. contra Arianos quomodo Diabolus suum suis instillet virus : *Τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ κακοδαίμων, καὶ σκόλιος Διάβολος . . . . ὑποκρίνεται ταύτῃ τῇ φαντασίᾳ τὸν δὲ ἴδιον ἰὸν ἐπιβάλλει τοῖς ἐπακολουθήσασιν αὐτῷ hoc modo & Cacodæmon, & sinuosus Diabolus . . . Speciem vultumque prætendit; proprium autem virus aspergit sequentibus ipsum ;* videte præterea quantum meritissimo ab eodem Athan. de Pass. & Cruce appelletur idem Diabolus *πᾶσα σφῦρα τῆς γῆς malleus totius terræ*.

98. *Humano imbellis* &c.) *imbellis* i. non apta bello ut *imbelli cithara* apud Hor. Lib. I. Od. 15. *& imbellem Indum* Georg. II. v. 172. *imbellem avertis Romanis arcibus Indum : vix sanguine creta* i. concepta ut Aen. II. v. 74. *quo sanguine cretus*.

99. *Inque sua conclusa sinu* &c.) explicatur id quod Aen. II. v. 258. ait Virg. *inclusos utero Danaos* : *femella* ob contemtum.

100. *Nos omnes vocat in certamina Martis anheli*) *vocat in certamina* ex Aen. VI. v. 172. *vocat in certamina divos : in certamina Martis anheli* ex Aen. XII. v. 790. *certamina Martis anheli*.

101. *Invictas Erebi vires* &c.) Virg. Aen. III. v. 394. ait : *atque invicti viribus essent : quin illa tremiscat* i. timeat Aen. III. v. 648. *Sonitumque pedum vocemque tremisco*.

102. *Scilicet & potitur* &c.) *scilicet* ironice. ut Aen. IV. v. 379. *scilicet is Superis labor est* &c. *potitur nobis* ex Ovid. Metam. XIII. *Tuque tuis armis nos te potiremur, Achille* ; & Aen. III. v. 56. *& auro vi potitur : tartarea in sede locata* ex Aen. II. v. 225. *& sacra longævum in sede locavit*.

103. *Et late victrix* &c.) *late victrix* ex Hor. lib. IV. Od. III. *lateque victrices catervæ* : *dominabitur Orco* ex Aen. VI. v. 766. *Unde genus longa nostrum dominabitur Alba* : *nosque agit extorres* ex Aen. VIII. v. 203. *palantes Troas agebat : nosque relegat . . . inter deserta ferarum* ex Aen. VII. v. 404. *talem inter silvas, inter deserta ferarum*.

104. *Ferte citi ferrum* &c.) ex Aen. IX. v. 37. *Ferte citi ferrum, datè tela, scandite muros : Promite Vires* ex Aen. V. v. 191. *Hectorei socii . . . nunc illas promite vires, nunc animos : Quisque suas* hanc syntaxim legitis Aen. VI. v. 744. *quisque suos patimur Manes*.

105. *Feminei generis* &c.) hunc modum loquendi habetis Aen. IX. v. 141. *penitus modo non genus omne perosos Femineum*.

106. *Quanta fuit mulier* &c.) i. Eva, quæ capta fuit in Paradiso terrestri : omissis omnibus opinionibus de voce *Eden* concludo cum Ambrosio in libro de Paradiso cap. I. *locus autem ejus, in quo est plantatus, dicitur Eden hoc est voluptas*.

107.

107. *Informata animo* &c.) i. rudis quemadmodum Aen. VIII. v. 426. *informatum fulmen*: & *infans* &c. argumenta sunt omnia accendendi animos, nimirum, quia erat infans, sola, nescia pugnæ &c.: *parat aspera nobis* &c. *aspera* ex Aen. XII. v. 124. *quam si aspera Martis pugna vocat*: *bella movens* ex eodem Aen. XII. v. 33. *atque furentes bella movens immittit equos*: *ergo duro sub Marte cademus* ex Aen. XII. v. 410 *clamor bellantum juvenum*, & *duro sub Marte cadentum*.

108. *Nequicquam o lecti juvenes fortissima corda* ex Aen. V. v. 729. *dat senior lectos juvenes fortissima corda*.

109. *Nequicquam induti spoliis* &c. *induti spoliis* ex Aen. XII. v. 947. *tune hinc spoliis indute meorum*: *ex hoste relatis* ex Aen. I. v. 729. *spolia ampla refertis*.

110. *Ni vos indomiti contra prorumpitis illam*) *Indomiti* ex Aen. VII. v. 521. *indomiti agricolæ*: *contra prorumpitis illam* ex Aen. XI. v. 379. *hæc ait*, & *medius densos prorumpit in hostes*.

111. *Ut det victa manus* &c.) *det manus* ex Aen. XI. v. 568. *neque ipse manus feritate dedisset*.

112. *Quas ego sed poscam pœnas* &c.) en Aen. II. v. 72. *Dardanidæ infensi poscunt cum sanguine pœnas*.

113. *Caput ense* &c.) i. amputabo: *vertam in cinerem* traducitur illud Hor. Od. III. Lib. III. & *mulier peregrina vertit in pulverem* &c. *cineres* & *in æquora spargam*: quanta sit injuria spargi in mare, colligere potestis ex oratione Achæmenidis Aen. III. v. 605. *pro quo si sceleris tanta est injuria nostri, spargite me in fluctus vastoque immergite Ponto*.

114. *Hæc ubi dicta dedit* &c.) *hæc* &c. passim apud Virg. *Furor illis iraque mentem præcipitant* ex Aen. III. v. 316. *ardentque atro præcordia felle* ex Aen. VIII. v. 219. *Alcide furiis exarserat atro felle dolor*.

115. *Ire viam* &c.) *ire viam* ex Aen. VI. v. 122. *itque reditque viam*: *Fulmineus* ex Aen. IX. v. 812. *Fulmineus Mnestheus*.

116. *Tollitque animos* &c.) *tollis animos* ex Propert. Lib. III. el. 18. *i nunc*, *tolle animos*, & *tecum finge triumphos*.

117. *Jessiades*) i. Maria; etenim sicut a Laerte fit Laertiades, ab Anchise Anchisiades, a Davide Davidiades, sic a Jesse Jessiades: *Stygia agmina circumspexit* ex Aen. II. v. 68. *atque oculis phrygia agmina circumspexit*.

118. *Haudquaquam* &c.) *pavefacta* ex Ovid Metam. XIII. v. 878. Virg. Aen. III. v. 597. dixit: *conterritus hæsit*.

119. *At nimium* &c.) *nimium confisa* ex Aen. v. 870. *o nimium Pelago* & *Cælo confise sereno*.

120. *Luminaque* &c.) morem tendendi lumina ad Cælum legimus Aen. II. v. 405. de Cassandra: *ad Cælum tendens ardentia lumina frustra*: Morem vero tendendi manus ad sidera ibidem; nam dicitur Cassan-

ſandra non potuiſſe tendere palmas ad Cælum eo quia teneras palmas arcebant vincula : & apud Hom. Odyſ. I. v. 294. de Ulyſſe cum ſociis concluſis antro Cyclopis : *ἡμεῖς δὲ κλαίοντες ἀνεσχέθομεν Διὶ χεῖρας* *nos autem flentes ſuſtulimus Jovi manus*.

121. *Sic orſa ; exſurge* &c.) inducitur Maria recitans Pſalm. 68. qui teſte Athan. eſt contra Diabolum ; nam narrat ille in Vita Antonii per hunc Pſalm. Antonium ejeciſſe Dæmonas , eorumque inſidias evitaſſe: *O divum tu maxime Rector* ex Aen. VIII. v. 572. *At vos , o ſuperi , & divum tu maxime Rector : perfice diſpereat* i. diſſiperur : *eque tua facie fugiant ut fumus in auras vaneſcens* id quod Aen. IX. v. 658. explicatur ita : *& procul in tenuem ex oculis evanuit auram : ceu cera liquens quam calfacit ignis* : Virg. Eclog. VIII. v. 80. utitur *liqueſcens* eodem ſenſu : *hæc ut cera liqueſcit : calfacit* ex Ovid. Faſt. IV. v. 698. *calfacit igne focum*.

122. *Mihi vimque* &c.) ex Aen. IX. v. 764. *Juno vires animumque miniſtrat : ſuffectum* ex Aen. II. v. 618. *ipſe Pater Danais animos vireſque ſecundas ſufficit : dirum Holophernen* &c. de hiſtoria Holophernis a Juditha obtruncati videre animadv. 27.

123. *Meque para pugnæ* &c.) ex Aen. X. v. 259. *atque aptent animos armis , pugnæque parent ſe*.

124. *Auſpice te vado ſtygialia cornua fractum*) i. vado , ut Frangam audaciam Plutonis ; *cornua* eo ſenſu Epod. VI. v. 11.

125. *Ut duce te* &c.) ſcilicet ſicut David certus auxilio ivit interritus ad comprimendas iras minaſque Goi a his , ſic oro , ut ipſa vadam contra Plutonem : hiſtoriam Goliathis occiſi a Davide ſic breviter expedivit Athan. in Synopſi Sacræ Scripturæ : *καὶ τὸν μὲν Γολιὰθ ἀνεῖλεν ὁ Δαβὶδ λιθορίῳ μικροτάτῳ & quidem Goliath abſtulit David lapillo minutiſſimo*. Porro *interritus* ex Aen. V. v. 427. *brachiaque ad ſuperas interritus extulit auras : compreſſum* &c. ex Aen. V. v. 802. *Sæpe furores compreſſi : iramque minaſque* ex Aen. VIII. v. 60. *iramque minaſque ſupplicibus ſupera votis*.

126. *Maxima* &c.) factum eſt ex Sat. VI. Hor. *Laus illi debetur, & a me gratia major*.

127. *Si pergas* &c.) ex Aen. X. v. 50. *Hunc tegere , & diræ valeam ſubducere pugnæ*.

128. *Spoliabo* &c.) erat mos veterum primum occidere hoſtem , deinde ſpoliare , quo pertinet hortatus Neſtoris Il. 5. v. 67. *ὦ φίλοι ἥρωες Δαναοὶ θεράποντες Ἄρηος μήτις νῦν ἐνάρων ἐπιβαλλόμενος μετόπισθε μιμνέτω , ὥς κεν πλεῖστα φέρων ἐπὶ νῆας ἵκηται : ἀλλ᾽ ἄνδρας κτείνωμεν : ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἕκηλοι νεκροὺς ἀμπεδίον συλήσετε τεθνειῶτας O amici heroes Danai famuli Martis , ne quis nunc exuviarum cupidus pone maneat , ut plurima ferens ad naves redeat ; ſed viros interficiamus , poſtea vero & illic* (ſpoliis) *otioſi corpora per campum ſpoliabitis mortua*.

129. *Vix ea* &c.) nimirum abſoluta Mariæ ſupplicatione , patuit

Cæ-

Cælum adinſtat illius Virg. Aen. X. v. 1. *panditur interea domus omnipotentis Olympi*, & Deus allocutus fuit illi : *opemque Dei non caſſa in vota vocavit* ex Aen. XII. v. 780. *effulſit* &c. ex Aen. IX. v. 110. *hic primum nova lux oculis effulſit & ingens* : *exin Deus ore benigno* : nempe ait Athan. de Deo quantum terribili nobis, tantum erga Deiparam Sanctiſſimam dulci & gratioſo : *ἡμῖν μὲν φοβεροῦ, σοὶ* (*παρθένε*) *δὲ τερπνοῦ, καὶ, παὶ, πάσας παρέχοντος χάριτας nobis quidem terribili, tibi dulci & omnes largiente gratias*.

130. *Mediuſque coronæ emicat Aligerum ingentis*) *medius* græco more cum genit: apud Sil. lib. I. v. 307. *concidit exacti medius per viſcera teli* hoc eſt per medium corpus exacto, & apud Ovid. lib. I. faſt. v. 67. & *medius juvenum* &c.

131. *Progenies dilecta mihi*) Epiph. lib. cit. ita differit de divina caritate in Mariam : *πατὴρ* (*παρθένον*) *ἠγάπησε, ὁ υἱὸς ἐνῴκησε, τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπεπόθησεν pater* (Virginem) *amavit, filius inhabitavit, & Spiritus percupivit* : *dilecta mihi* ex Aen. IX. v. 85. *pinea Silva mihi multos dilecta per annos* : *mea maxima cura* ex Aen. I. v. 682. *puer ire parat mea maxima cura*.

132. *Principio* &c.) explicat Deus prophetiam initio Gen. cap. III. cum prima mulier aſſenſa fuit echidno Tartareo edicens : *inimicitias ponam* &c. *calce fatigatum* ex Aen. XI. v. 714. *ferrata calce fatigat*, i. percutit : *deſolatumque catervas* ex Aen. XI. v. 870. *deſolatique manipli* : *ecce dies advenit* &c. ex Aen. VII. v. 145. *adveniſſe diem, quo* &c. *pugna aſpera ſurgit* ex Aen. IX. v. 667. ex Aen. XI. v. 635. *quantum læta tibi, tantum illætabilis* &c. *illætabilis* ex Aen. III. v. 707. *Drepani me portus & illætabilis ora*.

133. *Contraque audentior ito*) ex Aen. VI. v. 95. *tu ne cede malis, & contra audentior ito* : *pugnabis Averno* i. cum Orco ex Aen. IV. v. 38. *pugnabis amori*, & ex Catul. *noli pugnare duobus*.

134. *Tau magnum in fronte notavit*) hæc eſt hiſtoria talium verſuum : Ezechiel. IX. v. 4. dicitur *da ſignum* : Theodotio & Aquila apud Origenem in Ezechiel *ſignum* interpretantur *tau* : *ὁ δὲ Ἀκύλας, καὶ Θεοδοτίων φασί: σημείωσις τοῦ Θαῦ ἐπὶ τὰ μέτωπα τῶν στεναζόντων, καὶ τῶν κατοδυνωμένων Aquila & Theodotio dicunt ſignum thau in frontibus gementium & eorum, qui dolore afficiuntur* : Porro Orig. ipſe refutatis aliis interpretamentis ſentit fuiſſe ſignum Crucis D. N. J. C. & merito; nam crux, in qua pependit ille, fuit inſtar Tau efformata; nimirum duplicis generis fuit Crux, alia *ſimplex*, qualis ea, in qua ſuſpenſus eſt Aman Cap. V. Eſther, alia *compoſita* atque hæc rurſus alia decuſſata referens imaginem X, in qua appenſus fuit Apoſtolus Andreas, ut exhibent pictores, altera *commiſſa*, quæ conſtabat ligno recto, cujus vertici tranſverſum erat aliud lignum, quin recti ligni pars ultra tranſverſum extaret, ita tamen ut T figuram referret, tertia tandem *immiſſa*, quæ conſtabat duobus lignis recto & tranſverſo ;

G ſed

ſed pars recti ſurſum porrigebatur. Quæritur inter eruditos a *commiſſane*, an *immiſſa* Chriſtus Dominus pependerit? ego ſentio pependiſſe a cruce *commiſſa*. Hinc Tertullian. Lib. III. contra Marcionem Cap. XXII. *ipſa eſt littera Græcorum tau, noſtra autem T ſpecies crucis*; in cujus ſententiam Innoc. III. deſcendit in Serm. habito in Concil. Lateran. IV. apud Labbeum. Videte Lipſium Lib. I. de Cruce cap. X. Hæc autem tendunt omnia eo, ut adſtruatur ſententia Theologorum eximentium BB. Virginem ab originis peccato ob merita Jeſu Chriſti. *In fronte notavit* ex Ecl. V. 14. *in viridi nuper quæ cortice fagi deſcripſi, & modulans alterna notavi*: *Ferale* &c. ex Aen. IV. v. 46. *ferali carmine*, & Aen. VI. v. 316. *Ferales cupreſſus*.

135. *Mox velut æs triplex* &c.) explicatur id quod Aen. IX. v. 718. dicitur: *hic Mars armipotens vires animumque Latinis addidit, & Stimulos acres ſub pectore vertit*.

136. *Robur & immittit* &c.) *vis beata* eadem eſt atque *copia* apud Hor. Lib. I. Od. 17. *tibi copia manabit ad plenum beata* &c. *thorax* i. munimentum pectoris; pectus enim tegebatur quodam munimento, quod dicebatur *thorax* ſive fuerit hoc laneum ſive ferreum, ſive confectum ex alia materia, quo pertinet illud Aen. X. v. 337. *thoraca ſimul cum pectore rupit*.

137. *Unde in Virgineo* &c.) dicitur Mariæ virtus *immenſa* ex Epiph. de Laudibus B. Mariæ Virginis: *χαῖρε κεχαριτωμένη, ἡ χάρις ἡ ἀπέραντος τῆς ἁγίας παρθένου Ave gratia plena, gratia immenſa Sanctæ Virginis*: & paullo poſt eadem appellatur: *ἡ πανάρετος omnibus virtutibus plena*, & Lib. contra hæreſ. CXXVIII. §. XXIV. *κατὰ πάντα κεχαριτωμένη quoad omnia plena gratia* i. pleniſſima.

138. *Ut multo ſe major* &c.) *multo major* ex Ecl. Virg. III. v. 35. *verum id quod multo tute ipſe fatebere majus*.

139. *Sicut enim magnus Fluvius* &c.) comparatio hæc deſumitur ex Æn. II. v. 496. quam legite.

140. *Contra irruptura phalangas & vires Erebi*) phraſis eſt Athan. de paſſ. & Cruce: *τὴν διαβολικὴν φάλαγγα diabolicam phalangem vaſtaſque datura* ex Æn. X. v. 323. *hæc ego vaſta dabo*.

141. *At jam ſiderei* &c.) ex Æn. I. v. 453. *foribus cardo ſtridebat ahenis*.

142. *Et bello ſignum* &c.) ex Æn. XI. v. 474. *bello dat ſignum rauca cruentum*: *ſeque aptant armis* ex Æn. X. v. 259. *atque animos aptent armis*: *concurritur* ex Hor. Sat. I. v. 7. Lib. I. *Ecce irrumpit* ex Æn. IX. v. 729. *videris irrumpentem*.

143. *Præcipitem dejecit equo* &c.) ex Liv. Lib. IV. *quem cum ictum equo dejeciſſet*: *manibuſque prehendit* ex Æn. IX. v. 558. *prendere tecta manu*.

144. *Utque rapax aquila* &c.) comparatio deſumta eſt ex Æn. XI. v. 751. *Utque volans alte raptum cum fulva draconem fert aquila* &c.

ex

ex alto demissa ex Æn. I. v. 301. *Maja genitum demittit ab alto*.: *sinuantem immensa volumine terga* ex Æn. XI. v. 208. de serpente: *sinuatque immensa volumine terga* : *colla tumet serpens* ex Æn. II. v. 381. *& cærula colla tumentem*: *sanguineisque jubis* ex eodem Æn. II. v. 206. *jubæque sanguineæ exsuperant* : *oculisque ardentibus* ibidem v. 210. *ardentes oculos suffecti sanguine & igni* : *iras arduus attollit* ex Æn. II. v. 381. *attollentem iras* : *arduus* ex Æn. XI. v. 755. *arduus insurgens*: *comprehensumque tenet pedibus* ex Æn. XI. v. 723. *columbam comprehensamque tenet pedibus*.: *nec finit elabi* : *elabi* verbum est usurpatum a Virg. Georg. I. v. 244. ad explicandam fugam serpentis: *maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis* : *nisi postquam eviscerat* &c. ex Æn. XI. v. 723. *pedibusque eviscerat uncis*.

145. *Verberat hostilem in morem* &c.) i. percutit: *hostilem in morem* adinstar illius phraseos Æn. XII. v. 401. *Pæonium in morem*: *infernum tyrannum* ex Athan. appellante Diabolum tyrannum Orat. contra Macedonianos Dial. I. *ὥσπερ τύραννος ἐν τόπῳ τινὶ ὤν*, *tamquam aliquis tyrannus in aliquo loco exsistens*.

146. *Jamque impulit* &c.) i. ursit ut Æn. II. v. 465. de turri caduca: *impulimusque, ea lapsa repente* &c.

147. *Collapsum magnis* &c.) aliter dixit Virg. Æn. IX. v. 708. *collapsa ruunt immania membra*: *& pondere vasto* ex Æn. V. v. 447. *& ultro . . . pondere vasto concidit* : *gemuere cavernæ* ex Æn. II. v. 53. *gemitumque dedere cavernæ*: *contremuit tellus* &c. id quod Æn. IX. v. 751. dicitur : *ingenti concussa & pondere tellus* : *& fugere feræ* ex Georg. I. v. 330. *maxima motu terra tremit, fugere feræ*: *& silvæ intonuere profundæ* ex Æn. V. v. 515. *contremuit nemus, & silvæ intonuere profundæ*.

148. *Dum jacet infelix* &c.) *jacet* ex Æn. X. v. 737. *jacet altus Orodes*: *immanem attollere molem* ex Æn. IX. v. 516. *immanem Teucri molem volvuntque ruuntque* : *vi manuum tendit* ex Æn. II. v. 220. *ille simul manibus tendit divellere nodos* : *firma solo tenet hærentem* ex Æn. VII. v. 250.: quamvis alio sensu: *soloque immobilis hæret*.

149. *Clamore vocatque* &c.) *clamore vocatque ille suos* ex Æn. XII. v. 312. *nudato capite atque suos clamore vocabat* : *revocatque iterumque* ex Æn. V. v. 167. *iterum, pete saxa Menoete, cum clamore Gyas revocabat* : *iterumque iterumque* ex Æn. II. v. 770. *nequicquam ingeminans iterumque iterumque vocavi*: *sed omnes obstupuere* ex Georg. IV. v. 351. *vitreisque sedilibus omnes obstupuere*: *coit gelidus &c.* ex Æn. III. v. 30. *gelidusque coit formidine sanguis*.

150. *Hinc desperato similis fremit ore minaci*) *Fremit ore &c.* ex Æn. XII. v. 8. de leone: *fremit ore cruento* : *dentibus infrendens* ex Æn. III. v. 664. de Polyphemo, & exprimitur id quod Athan. de pass. & Cruce de Diabolo dixit: *μόνον ἔτριζε τοὺς ὀδόντας . . . . τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύχει καὶ* [illegible] *solum stridebat dentibus; . . . dentibus*

bas suis stridebat & tabescebat ; Furiisque accensus &c. ex Æn. XII. v. 946. *Furiisque accensus & ira terribilis : mordet humum* ex Æn. XI. v. 418. *& humum semel ore momordit* , & ib. v. 668. *cruentam mandit humum* , *&* Ovid. Metam. IX. *& arenas ore momordit* , & Hom. Il. B. πολέες δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λάζοιατο γαῖαν *multi circa eum socii proni in pulverem dentibus corripiant terram* , & Il. ω. ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδας *dentibus ceperunt immensum pavimentum* , & Il. X. ἔτι πολλοὶ γαῖαν ὀδὰξ εἷλον πρὶν Ἴλιον εἰσαφικέσθαι *multi terram dentibus ceperunt antequam Ilium pervenirent* , & Eurip. Phœniss. Γαῖαν δ' ὀδὰξ ἑλόντες πέλας ἀλλήλων πίπτουσιν ἄμφω *terram dentibus postquam ceperunt prope invicem cadunt ambo* .

151. *Atque oculis* &c.) *transversa & acerba tuetur* , quorum primum ex Ecl. III. v. 8. *novimus & qui te transversa tuentibus hircis*, alterum ex Lucr. Lib. V. v. 34. *asper , acerba tuens* : *valido sub pondere nitens* ex Georg. III. *post valido nitens sub pondere faginus axis instrepat* .

152. *Et elapsus* &c.) *ad pugnam rediisset* ex Æn. V. v. 454. de Entello : *acrior ad pugnam redit* ; *aspram* pro asperam ex Æn. II. v. 379. *improvisum aspris veluti qui sentibus anguem* &c.

153. *Ni pedis* &c.) sensus est : nisi victrix impetu unius pedis impressi cervicibus altis Diaboli , & calce alterius pedis impacta capiti ejusdem Diaboli populata fuisset cerebrum : *pedis impressi* ex Æn. XII. v. 356. *& pede collo impresso* &c. *cervicibus altis* ex Æn. XI. v. 496. de quo : *emicat arrectisque fremit cervicibus alte luxurians* &c. *impete* ex Stat. Theb. VII. *transiliunt campos aurigamque impete vasto* : *populata fuisset cerebrum* , adinstar illius Æn. VI. v. 496. *populataque tempora raptis auribus* .

154. *Jaculata molarem*) *molaris* accipitur pro saxo prægrandi , ut Æn. VII. v. 250, *vastisque molaribus instant* & apud Stat. Theb. V. v. 571. *librati molares* .

155. *Cernere erat* &c.) *cernere erat* ex Æn. VIII. v. 676. *in medio classes aeratas actia bella cernere erat* : *fracta ossa minutatim* ex Georg. III. v. 485. *omniaque in se ossa minutatim morbo collapsa trahebat.*

156. *Oraque sanguineis* &c.) *turpantis ora* eo modo quo Æn. X. v. 832. dicitur *sanguine turpantem comtos de more capillos* : *sanguineis rivis* ex Æn. XI. v. 668. *sanguinis ille vomens rivos cadit* .

157. *Et ipsum porrectum*) i. mortuum ; neque est absonum dicere Diabolum mortuum ; dixit enim Athan. de Pass. & Cruce : αὐτὸν (Διάβολον) ὁρῶντες νεκρὸν . . . . ἐξαίφνης νεκρὸν *ipsum videntes mortuum . . . repente mortuum* ; quod ego explicavi per phrasim Catull. carm. 66. v. 6. *postquam es porrecto facta marita sene* ; nimirum quia mortui porrigebantur .

158. *Calidum revomentem* &c.) ex Æn. IX. v. 414. *Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen* : *virosum* ex Georg. I. v. 58. ubi *viro-*

virosa castorea Servius interpretatur venenata : *unde diem eripuit* ex Æn. I. v. 92. *eripiunt nubes cœlumque diemque* : *nubes collecta* ex eodem Aen. I. v. 146. *collectasque fugat nubes* : *quæ dein* &c. ex Æn. IX. v. 658. *quæ procul in tenuem paulatim evanuit auram*.

159. *Hoc magis atque magis* &c.) pallent stygis agmina ut eorum fert natura ; hinc *pallidus Orcus* Georg. I. v. 277. *pallentes umbras Erebi* Æn. IV. v. 26. *& Adrasti pallentis imago* Æn. VI. v. 480. Sed modo magis & magis pallent viso Plutone interemto.

160. *Sed quo consilium , quibus est pax nulla sequestra*) scilicet quid statuunt inferni comites utrum maneant contra , an turpiter fugiant , si nullæ dantur iis induciæ , id enim est *pax sequestra* ex Æn. XI. v. 133. *Bissenos pepigere dies , & pace sequestra* &c. i. induciis.

161. *Non unius enim* &c.) *exsaturasti odia* ex Æn. VII. v. 298. *odiis aut exsaturata quievi* : *nostrum o dulce Decus* ex Hor. Lib. I. Od. I. quia ex Epiph. Maria l. c. est ἡ τὴν γλυκεῖαν τῆς ἀεννάω πηγῆς τοὺς διψῶντας ἐμπλήσασα *dulcedine æterni fontis sitientes implens* : *spes o fidissima* ; enimvero ex eodem Epiph. l. c. Μαρία ἑρμηνεύεται ἐλπὶς *significat spem*.

162. *Cui pœnas Tartarus haurit*) i. dat pœnas ex Æn. V. v. 383. *supplicia hausurum scopulis*.

163. *Fixum animo* &c.) ex Æn. IV. v. 15. *si mihi non animo fixum immotumque sederet* : *dare nempe ruinam* ex Æn. XI. v. 613. *primique ruinam dant sonitu ingenti*.

164. *Nequa* &c.) *ne detur potestas* ex Æn. III. v. 670. *verum ubi nulla datur dextram affectare potestas* : *bellum integrare* ex Stat. Theb. VIII. *bellum integrabat Enyo*.

165. *Reque apse implesti*) *reque apse* pro reipsa ex Lucr. Lib. II. v. 658. *dum ne sit re tamen apse*.

166. *Vix sanctum* &c.) explicat Athan. de Pass. & Cruce effecta Crucis : primum vincitur hoc signo : ἄρτι τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ νικῶντες *signo crucis vincentes* ; deinde dissolvuntur opera diaboli : καὶ ἃ ἐνεργοῦσι λόγῳ μάγοι . . . τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ καταργεῖται *quæ operantur verbis Magi . . . signo Crucis evanescunt* ; & demum felicitas acquiritur in agendo : ἰδοὺ ἓν τοῦτο τοῦ σταυροῦ κατόρθωμα *Ecce unum hoc feliciter gestum facinus crucis* ; quæ omnia explico per has Virgilianas phrases : *ostentas Frontem* ex Æn. V. v. 357. *Faciem ostentabat* : *insigne ferentem* ex Æn. XII. v. 289. *Messapus regem regisque insigne ferentem* : *in caput . . . inque humeros* ex Æn. I. v. 120. *pronusque magister volvitur in caput*, & Æn. XII. v. 293. *& miser oppositis a tergo involvitur aris in caput inque humeros*.

167. *Præcipitesque actos*) ex Æn. III. v. 682. *Præcipites metus acer agit* & Aen. V. v. 456. *Præcipitemque Daren ardens agit æquore toto*.

168. *Non secus* &c.) comparatio hæc desumta ex Aen. XII. v. 451.

51. explicat phrasin Epiphanian am, qua Maria appellatur: Βροντοειδὴς νεφέλη *tonitruiformis nubes*; *abrupto sidere* ex Aen. cit. *nimbus præcipitat Cælo* ex Aen. IX. v. 670.: *quam multa grandine nimbi in vada præcipitant*, & Aen. X. v. 804. *effusa si quando grandine nimbi præcipitant*, & Aen. II. v. 9. *Cælo præcipitat: varias trahit ille ruinas* ex Aen. XII. v. 453. *cum stabulis armenta* &c. ex Aen. II. v. 499. *ruit alta domorum culmina* ex Aen. II. v. 446. *tecta domorum culmina: deturbat ruris honores* i. messes ex Hor. Lib. 1. od. 17. *ruris honorum &c.*

169. *Confusæ stragis acervum*) ex Aen. VI. v. 504. *procubuisse super confusæ stragis acervum*.

170. *Stratus humi*, &c.) ex Aen. IX. v. 754. *collapsos artus, atque arma cruenta cerebro sternit humi moriens: singultibus ilia pulsat* ex eodem Aen. IX. v. 418. *& longis singultibus ilia pulsat*.

171. *Remigio alarum* ex Aen. I. v. 305. *volat ille per aera magnum remigio alarum*.

172. *Æthiopum numerus se nocti immiscuit atræ* ex Aen. IV. v. 570.

173. *Si qua super* &c.) *si qua super est* ex Aen. VII. v. 559. *Si qua super fortuna laborum est: pars concidit demersa excidio* ex Hor. Lib. III. Od. 16. *Concidit auguris Argivi domus . . . demersa excidio.*

174. *Ecce tibi abreptas Furias* &c. ex Aen. I. v. 112. *Tres notus abreptas in saxa torantia torquet*.

175. *Persephonemque* &c.) hæc omnia explicant illud Epiphanii l. c. dictum ad Mariam: διὰ σου θάνατος πατεῖται, καὶ Ἅδης σκυλεύεται *per te mors conculcatur, & infernus spoliatur*.

176. *Tænarus* &c.) *Tænarus* pro inferis ex Hor. Lib. I. Od. 34. *Styx & invisi horrida Tænari sedes*: *palmas* &c. ex Ovid. Lib. IV. Trist. El. 8. *ne cadat, & sonipes palmas inhonestet adeptas: lacrimansque gemensque* ex Aen. XI. v. 150: *hæret lacrimansque gemensque*.

177. *Lætitia* &c.) *Lætitia exsultat* ex Aen. XII. v. 700. *lætitia fremit* ex Aen. IX. v. 37. enimvero Epiph. loc. cit. dicit ἡ παρθένος (κόσμῳ) γαλήνην ἐδωρήσατο, *virgo* (mundo) *tranquillitatem donavit*.

178. *Tantaque . . . . . adorea laudum*) *adorea* ex Hor. lib. IV. Od. IV. accipitur pro laude, & gloria: *ille dies, qui primus alma risit adorea*: nempe primis temporibus erat *adorea* proventus exagris: unde Plautus Amph. Act. I. Scen. I., *qui præda atque agro adoreaque affecit populares suos*: & Sulpic. apud Varr. lib. IV. de L. L. *plebi rura largiuntur adoream*: procedente vero tempore inolevit usus frumentum pro præmio dari militibus; hinc *adorea* accipitur pro laude & gloria: hinc Plinius lib. XVIII. cap. III. *gloriam denique ipsam a farris honore adoream appellabant*: & Festus: *adoream laudem, sive gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret.*

179. *Ætherea tum namque* &c.) Ex Aen. IX. v. 638. *Ætherea tum forte plaga crinitus Apollo desuper Ausonias acies urbemque videbat* nube

nube sedens: *despiciens terras* ex Aen. I. v. 228. *cum Juppiter æthere summo despiciens mare velivolum terrasque jacentes*.

180. *Mirataque . . . disjectumque ducem* &c.) ex Aen. XI. v. 870.

181. *Et versa in formam* &c.) ex Georg. IV. v. 411. *formas se vertet in omnes*.

182. *Sic oculos* &c.) ex Aen. III. v. 490.

183. *Adjunctis* &c.) Loquor ex more veterum, qui in triumpho vehebantur quadrigis albis ex Georg. II. v. 146. *hinc albi, Clitumne, greges . . . Romanos ad templa Deum duxere triumpho*.

184. *Illam adit* ex Aen. X. v. 149. *regem adit: & postquam gratata Sorori* ex Aen. IV. v. 478. *gratare sorori: oscula libavit*, ex Aen. I. v. 260. *oscula libavit natæ: Sic insuper addidit ore* ex Aen. XII. v. 358. , *atque hæc insuper addidit*.

185. *Cara Deo suboles*) ex Ecl. IV. v. 49. . . . . *felix heu nimium felix* Aen. IV. v. 657.: *primitias* ex Aen. X. v. 15.

186. *Hæc ait, & duplici gemmis* &c.) *Duplici gemmis* ex Aen. I. v. 659. *cingit ei caput* ex Aen. V. v. 71. *& cingite tempora lauro atque jubet conscendere currum* ex Ovid. lib. III. trist. Eleg. 8. *nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currum*.

187. *Cui præfertur adhuc caput Orci sanguine rorans* &c.) ex Aen. XI. v. 9. *rorantes sanguine cristas*, & ex Aen. VIII. v. 645. *& sparsi rorabant sanguine vepres*.

188. *It globus* &c.) *globus aligerum* ex Aen. X. v. 373. *globus ille virum* &c.) *pœana canentûm* ex Aen. VI. v. 657. *lætumque choro pæana canentes*, & ex Statio Th. IV. v. 98. *Herculeum pæana canunt*.

189. *Post veniunt* &c.) nempe post Angelos veniunt omnes Mariæ propinqui & majores excitati e sepulcris, qui acclament illi triumphanti: *postveniunt* e Plin. Lib. XVIII. cap. XXV. *nunc postveniente* &c. *consanguinitate propinqui* ex Aen. II. v. 86. *consanguinitate propinquum: exciti e tumulo* ex Ecl. VIII. v. 98. quamvis hic Virg. dicat *excire sepulchris*: *plaudentes gutture ovanti* ex Georg. I. v. 423. *& ovantes gutture corvi*.

190. *Illam & digesti in numerum* &c.) ex Aen. III. v. 446. *digerit in numerum: cui cantabat io* &c. *io* est vox acclamantium triumphanti ex Hor. Epod. IX. *Galli canentes Cæsarem . . . io triumphe*: quibus omnibus alluditur ad illum Athan. de Sanctissima Deipara: *μακαρίζουσί σε πᾶσαι αἱ γενεαὶ, καὶ πρότερον αἱ κατ' οὐρανὸν πᾶσαι τῶν Αγγέλων τετραρχίαι καὶ ἐπὶ γῆς ἱεραρχικαὶ χεῖρας ἐπαίρουσαι εὐλόγουσι σε τὴν ἐν οὐρανοῖς εὐλογημένην καὶ ἐπὶ γῆς μακαριζομένην . . . ἀπὸ τούτων καὶ οἱ κατὰ την ἐπὶ γῆς Ἱεραρχίαν τὰς ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ λάρυγγι φέροντες . . . ἀνύψαμεν μεγάλῃ καὶ διαπρυσίῳ τῇ φωνῇ λέγοντες κ. τ. beatam te prædicant omnes generationes, & primum omnes Cælestes Angelorum hierarchiæ & super terra hierarchicas manus extollentes benedicant tibi in Cælis benedictæ, & in terris prædicatæ beatæ . . . ab his*

nos

nos hierarchia terrestres exaltationes Dei in gutture ferentes . . . exaltamus te magna & sonora voce dicentes &c.

191. *Interea Herois spoliis* &c. ex Aen. IX. v. 450. *Victores præda Rutuli spoliisque potiti*.

192. *Suspenditque tholo* &c.) ex Aen. IX. v. 408. *Suspendive tholo* &c. Si quæritis quid sit tholus, accipite ex Servio in cit. Aen. v. cit. *tholus proprie est veluti scutum breve*, *quod in medio tecto est*, *in quo trabes coëunt*, *ad quod dona suspendi consueverant* &c, Hinc dictum putate *tholum* a תלה thala suspendo.

RHAP-

RHAPSODIA II.

Conceptus sine labe tui canit orsa poeta;
Virgo, si cordi est tua gloria, suffice vires.
Tempus erat, quo diva parens fotura Tonantem
In gremio, ducenda foret de semine sancto,
Cum Pater omnipotens *grato* de nomine dictam
Egregiam forma Divam, pulchramque, nitentemque
Ad sese accitam voluit, cui talia fatur:
Cara mihi ante alias suboles, divina propago,
Eja age, quandoquidem hæc animo sententia surgit
Condere progeniem mortali sanguine cretam,
Formosam, dignamque, deum quæ condat in alvo:
Hunc tibi do proprium ingentem exantlare laborem.
Ast opere in tanto exemplum vulgare decoris
Temne Saræ, temne Abigail, & Virginis Hevæ:
Erige te, excude exemplum magnumque novumque;
Et face sit Virgo, Superisquæ simillima diva.
Dixerat: at contra has fudit Charis orsa loquelas:
O Pater, o Cœli, terræque æterna Potestas,
Omnem operam durabo, omnem durabo laborem,
Filaque Diviparæ magnæ vitalia nebo;
Sed quæ colluvies hominum est, labor irritus ibit.
Me vicis humanæ heu quantum miseretque pudetque!
Omne Nefas etenim parvos corrupit & amplos.
Est ubi priscus homo totus teres atque rotundus,
Ille tuis donis & multo lætus honore?
Vidi ipsum in vetitum furiata mente ruentem;
Ejus & exemplum patris eventumque secutos
Per cædes vidi gnatos, fraudesque dolosque,
Insidiasque omnes, per & artes mille nocendi
Respersisse manus fraterno sanguine, & omne

Fas abrumpentes thalamum incestasse jugalem:
Vidi & postgenitos te deseruisse parentem,
Atque alios agnosse deos idola colentes.
Seminibus porro, quæ prima in pectora fundos
Mendaces veluti misti, erumpentibus artem
In magicam, vanaquæ superstitione coorta,
Horresco referens homo quantum evaserit alter,
Omniaque humani generis bene nata lutarit!
Hinc ea, quæ decora, atque illi ornamenta dedisti
Aucto adeo, ut reliquis animantibus antistaret,
Et Superis prior esset uter contenderet ipe,
Perdita sunt veluti segetes vi turbinis atri,
Illaque, quæ Triadem retulit, pulcherrima imago,
Deturpata fuit, proprium nec servat honorem.
Exoritur quanto pejor majoribus ætas,
Inque dies animum pergit scelerare malignum!
Unde genus sub mole gravi mortale malorum
Ingemit, & sordet, desperavitque piamen.
Artis opisque meæ est moliri Virginis ortum
Tanta ex illuvie, diumque educere fœtum?
    Hæc Deus audierat, qui talia reddidit ore:
Gnata, meæ vires, quam magna ad facta reservo,
Siccine desperas, mea docta potentia quanta est?
Diluvie ex illa, quæ terram effudit in undas
Emissas Cœlo pluvio, servasse memento
Me Noachum incolumem, & circum dum flamma rotabat,
Effecisse rubus flagrans foret irrexstinctus,
Ac pedibus sivisse meam vada currere salsa
Innocuam gentem Pharaone sub æquore merso,
Ac medium pueri immissi Babylonis in ignem
Bacchantem salvi evassent voluisse caminum.
Quid longo sermone morer, si noveris ipsa?

Et

Et quianam diffidis opus mihi fingere Divam
Virgineum humanum corpusque animumquæ gerentem?
Non tibi sufficiam præsens artemque modumque?
An mea vis desit, qua fœdo e stipite vitis
Humanæ saxo gemmet purissima virgo?
Si Nihil in terram surrexe atque æthera jussi,
Si Solem e Nihilo eduxi, lucentiaque astra,
Si Pontum vastum, & torrentia flumina, montesquæ,
Et pisces, volucresque, animantiaque omnia terræ,
Metata immetata mea est modo maxima virtus?
Ast oculis cernes aliud mirabile visu:
Descendet penitus Sapientia dia futuræ
Virginis in gremium, mox carne exibit amicta,
Ingressu egressuque suo quin ostia laxet
Virginei Claustri; quia Virgo enixa manebit.
Viribus indubitare tuis fine, & effice dicta.
Nonne meo arbitrio naturæ vertitur ordo,
Atque vices volvit rerum mea magna voluntas?
Ille ego, qui legem fixi, qua sordidus alvo
Enasci damnetur homo, legem ipse refigam,
Et faciam gignatur homo sine sorde paterna.
An solam hoc opere in magno te forte putaris?
O generosa opifex, ades huc mihi mente sagaci,
Quicquid & ante tuum præmittam (adverte) laborem.
Dixit, & actutum, tacito dum Gratia fixa
Stabat in obtutu, Divinus Spiritus exit,
Haud secus & summo demissus ab æthere quondam
Principio rerum vixdum molimine cœpto,
Qui lapsu celeri indigesta elementa fovebat,
Unde omnis primum rudis infœcundaque tellus
Excepit genitalem utero interiore vigorem,
Quo gravis e gremio varios tulit ubere fœtus

Læta novo ſemper partu, partuque feraci:
Spiritus hic igitur vitali munere dives
Calfacit incubitu genitalia ſemina, ducat
Unde ortum Virgo Numen genitura ſupremum;
Poſt ubi fœcundat, divinos afflat honores.
Interea nubes denſiſſima fumea Cælum
Obnubit; labes etenim maculoſa parentum
Eluitur, ſubitoque fugam dat more vaporis,
Qui perflante Aquilone volat diſperſus in auras:
Quocirca converſa dabat nova ſigna vigoris
Sanctiparæ natura parens velut imbre marito
Exſatiat bibulis rimis cum viſcera tellus;
Plena erat, & fœcunda Deo, vultuque recenti
Vivida vernabat, qualis regina volucrum,
Cui ſenio frigent effœtæ in corpore vires,
Si fuerit quando delapſa in gurgite vaſto,
Pulchrior eveniet primævo flore recepto;
Sic natura viret, ſic virtus excitat illam
Immiſſa eruptura in virginitatis honorem.
Accipit hæc animo, & læto cum corde volutat
Docta Charis, rumpitque moras, vulvamque tumentem
Seminibus magnam ſubolem ſanctamque daturis
Ingreditur, labemque omnem ſcrutata fugacem
Se parat, accingitque operi, Divamque laborat.
Feſtinat dum juſſa Dei, dum prima laboris
Ordia diſponit, ſenſit ſe major & arte
Illa ſua; Deus eſt ſenſus illapſus in imos,
Annuat ut cœptis operis pars magna futura.
Hinc viſæ glomerare manus jam ſemina cógunt,
Atque neunt vitæ ſubolis jam ſtamina prima;
Et vidi, aut vidiſſe puto veſtigia prolis;
Emicat en vertex fulvo ſpecioſior auro,

Et

Et regale caput nitidumque decentius aptum
Divina impositam dextra ostentare coronam,
Ambrosiæque comæ divinum a vertice odorem
Spirantes, quibus ipse Deus raptetur amore;
Os exinde flagrat Phoebeæ lampadis instar,
Aethereo totam quæ se succendat in ortu,
Cum crepitans Boreas detersit nubila Cœlo;
Puniceæque rubent malæ, ceu pinxerit illas
Ignita Aurora, humentem dum dimovet umbram;
Ecce supercilium, quod sit satis omnia nutu
Regna movere suo & terræ & sublimis Olympi;
Frons pudibunda adeo, suffundat ut ore ruborem
Virgineum; ecce oculi velut astra micantia Cæli,
Tinxerunt postquam nitida ora sub æquoris undis,
Atque ea scintillant tremula rutilantia luce;
En acies, quæ ritu aquilino cernat acutum
Divinum solem radiosque ignesque vomentem;
Spiramenta olidum flatum emittentia, qualem
Cælicolæ exspirant, dum flamina naribus efflant;
Arrectæque aures divina capessere jussa,
Vicerit ut Stygios astus, vulgusque profanum
Oderit, agnoritque deum, cui tota dicetur;
Non aliter mellita, & svaveolentia labra,
Atque insedissent illis examina multa;
Linguaque dulce loquens, flueret quasi nectar ab illa;
Candentesque æque dentes, ac secto elephanto
Exierint olli, quod septum hæresceret ori;
Enitet en apte collum affabreque politum
Baccatum gestare capax cæleste monile;
Cui conjuncta retro decus addit lactea cervix;
Vi magna præsens, & ineluctabile pectus,
Robur & æs triplex tamquam muniverit illud;

Tar-

Tartara sæva manus sunt quantum vincere fortes,
Cælituum tantum Regem exorare paratæ;
Brachiaque, atque ulnæ Phoebes imitantia lucem,
Fulget ubi hæc Cœlo quadrigis vecta sereno;
Regifico tornata modo sponsura salutem
Genua, miser si poscat opem genua ante volutans;
Pes ita firmatus, qualis caput exterat Orci,
Et calce exturbet capitali e sede cerebrum;
Mirandique humeri, referat quos Cælica Diva;
Plura quid enumerem? aut percurram cetera fando?
Omnis pulchra infans velut Iris roscida, quando
Mille trahit varios adverso sole colores.
Hæc Deus, urgebat cujus præsentia Divam
Artificem, videt, & fassus placuisse laborem
Collaudavit opus, mox ejus dextera scribit,
Quod mater sit digna Deo pulcherrima proles.

ANI-

ANIMADVERSIONES.

1. *Conceptus sine labe tui* &c.) *Sine labe* eo quia in Cant. dicatur : *tota pulchra amica mea, & macula non est in te* , sive ut habet textus hebr. כֻּלָּךְ יָפָה רַעְיָתִי וּמוּם אֵין בָּךְ Cullac japha rahjarhi umum en bac *tota tu pulchra amica mea* , *& macula* , seu *vitium non in te* . Hinc S. Germanus Episc. Costantinopolitanus Orat. II. de Annunc. *immortalis Sponsi verba sunt ista sponsæ Mariæ suffragantia* : enimvero duo consideranda sunt in allato textu Cant. propositio, & propositionis ratio : propositio est : *tota pulchra* : propositionis ratio : *nulla macula* , *seu vitium in te* : his positis argumentor ad hominem contra Thomistas : *τὸ omnis* , & ad Rom. III. *omnes peccaverunt* , & ibid. Cap. V. *in omnes homines mors pertransiit* , *in quo omnes peccaverunt* , & ad Corinth. Cap. V. *si unus pro omnibus mortuus est* , *ergo omnes mortui sunt* , *τὸ omnis* inquam ita accipitur , ut nullum hominem excludat a morte ; ergo *tota* , seu *omnis* in textu Cantic. ita accipitur , ut nullum momentum vitæ Mariæ excludat a puritate .

Deinde dicitur *amica mea* : nempe sponsus æternus vocat Mariam amicam : tritum est vero assertum, ut amicitia vel similes inveniat amicos , vel faciat : non potest dici sponsus immortalis invenisse sibi similem Mariam , alias ea fuisset Deus ; quod avertantur aures : ergo per gratiam fecit sibi similem ea similitudine , quam minus latine dicunt *aliqualem* , nempe ea similitudine , cujus similitudinis Creatura sit capax , ceteras antecellat , & ad increatæ puritatis accedat excellentiam, aliter enim amica Sponsi divini non posset dici . Vultis ne exemplum aliqualis hujus similitudinis ? perlegite Evangelium , & ubi inveneritis: *estote perfecti* , *sicut pater vester Cœlestis perfectus est* , dicite præcipi nobis similitudinem aliqualem ; scilicet *ἀδύνατον* est esse nos perfectos eo modo, quo Pater Cœlestis perfectus est, sed enitendum nobis erit, ut ad perfectionem aliquo modo divinam accedamus per gratiam a Deo nobis impartitam : igitur dicitur Maria amica sponsi eo , quod per gratiam fecerit sibi similem , quod spectat ad puritatem a conceptu . Quapropter Orig. de Orat. pro *amica* interpretatur *proxima* in v. 40. Cap. II. *ἀνάστα ἐλθὲ πλησίον μου surge veni proxima mea* .

At enim PP. præsertim Orig. in Cant. ea nuptialia carmina de Ecclesia Christi dicta sentit esse . Esto : sed principem locum in Ecclesia Christi Domini tenet Maria . Ceterum D. Thomas tertia p. Q. XXIII. art. IV. ad ostendendam totius vitæ sanctissime peractæ a Maria usurpat recitatum Cant. Ergo concludendum est a Salomone in illo Epithalamio Mariam significari .

2. *Canit orsa Poeta* &c.) *orsa* mutuatus sum a Manil. lib. 2. v. 57. *nulli vatum debebimus orsa* : *canit poeta* pro ego Poeta cano , ut apud Hor. lib. I. Ode 31. *quid dedicatum poscit Apollinem vates* , i. ego

mus invenitur. Perpendite hunc textum, ut intelligatis episodium quo fundamento nitatur.

9. *Divina propago*) ut Æn. XI. v. 827. dicitur *sit Romana potens Itala virtute propago*, & Æn. VI. v. 870. *nimium vobis Romana propago visa potens*, ut inquam dicitur a Virg. *Romana propago*, ita a me dicitur *divina propago Gratia*.

10. *Quandoquidem hæc animo* &c.) *hæc animo sententia surgit* ex Æn. IX. v. 191. *& quæ nunc animo sententia surgat*.

11. *Hunc tibi do* &c.) *hunc tibi do proprium* ex Æn. VII. v. 331. *Hunc mihi da proprium, Virgo sata nocte, laborem*, i. officium: *exantlare* ex Cic. lib. IV. quæst. Academic. *Credoque Clitomacho ita scribenti Herculis quemdam laborem exantlatum fuisse a Carneade*, & Lib. I. quæst. Tuscul. *Quod cum exantlavisset omnes labores, tum incideratin mortis malum sempiternum*.

13. *Ast opere in tanto* &c.) ex Æn. VI. v. 31. *partem opere in tanto . . . . Icare, haberes*: *exemplum vulgare decoris temne* ex Hor. Lib. II. Sat. II. *jejunus stomachus raro vulgaria temnit*: *Sara* &c. de Saræ pulchritudine legite cap. XII. Exodi, de pulchritudine Abigail cap 25. 1. Reg. Heva vero fuit ita Virgo, ut ab Athan. in Quæstionibus quæst. XV. assumatur ad explicandam Spiritus Sancti processionem ex Patre Filioque.

13. *Excude* &c.) *excude* i. studiose invenito ut ex Cic. ad Att. Lib. XV. ep. 27. *excudam aliquid ἡρακλείδειον*.

14. *Dixerat: at contra* &c.) *at contra has fudit Charis orsa loquelas* ex Æn. I. v. 329. Sic *venus*; *at Veneris contra Filius orsus*, & ex Æn. X. v. 16. *jupiter hæc paucis*; *at non venus aurea contra pauca refert*: *Fudit ore loquelas* ex Æn. V. 842. *Deus . . . . fuditque has ore loquelas*.

15. *O Pater* &c.) ex Æn. X. v. 18. *O Pater, o hominum divumque æterna potestas*.

16. *Omnem operam durabo* &c.) ex Æn. VIII. v. 577. *patiar quemvis durare laborem*: conjunxi laborem & operam, quia conjunxit Virg. Aen. VII. v. 331. *hunc mihi da proprium, Virgo sata nocte, laborem, hunc operam*: *Filaque vitalia* ex Hor. Lib. Od. III. *dum res & ætas & sororum Fila trium patiuntur atra*.

17. *Me vicis* &c) *vicis* pro calamitate ex Æn. II. 433. *testor in occasu vestro nec tela nec ullas vitavisse vices*: *miseretque pudetque* ex Æn. IX. v. 787. *& magni Æneæ segnes miseretque pudetque*.

18. *Est ubi priscus homo* &c.) *totus teres atque rotundus* ex Hor. lib. II. Sat. VII. v. 68. i. bonus, æqualis, & constans, qualis fuit Adam primo creatus: teres enim & rotundus est quasi torno tritus & rotundatus, in quam sententiam locuti sunt Græci, præsertim Parmenides de Deo suo: Σφαιρὸς κυκλοτερὴς, δίνῃ, περιγηθέϊ γαίων.

19. *Ille suis donis* &c.) ex Æn. VIII. v. 617. *ille deæ donis, & tan-*

& tanto lætus honore: Scilicet hic innuo Adamum, qui creatus fuit a Deo rectus & magnis donis cumulatus: quapropter a Greg. Nyss. Lib. Catechetico cap. 5. dicitur: *καὶ ζωῇ, καὶ λόγῳ, καὶ σοφίᾳ, καὶ πᾶσι τοῖς θεοπρεπείων κατεκοσμήθη & vita, & ratione, & sapientia, & omnibus bonis ornatus fuit*, & a Damasc. Lib. II. Orthod. Fid. Cap. 12. *ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἄκακον, εὐθῆ, ἐνάρετον, ἀμέριμνον, πάσῃ ἀρετῇ κατηγλαϊσμένον, πᾶσιν ἀγαθοῖς κομῶντα Deus fecit hominem bonum, rectum, virtute præditum, tristitia & curis carentem, omni virtute decorum, omnibus bonis ornatum.*

20. *Vidi ipsum in vetitum &c.*) *in vetitum* substantive ex Æn. IX. v. 9. *quæ contra vetitum discordia?* & ex Ovid. Lib. III. Amor. El. IV. *nitimur in vetitum &c. Furiata mente* ex Æn. II. v. 407. *Non tulit hanc speciem furiata mente Choroebus:* et dixi *furiata mente*, ut significem primi hominis superbiam, qui cum Deo ambivit æqualitatem, ut ait Chrysost. Hom. LXV. in Matth. *καὶ γὰρ ἐξ ἀπονοίας ἥμαρτεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος προσδοκήσας ἰσοθεΐαν etenim ex superbia peccavit primus homo sperans æqualitatem cum Deo.* Quapropter idem Chrysost. Hom. I. in II. ep. ad Thessal. peccatum Adami cum Diaboli peccato comparavit: *καθάπερ ὁ διάβολος ἐξ ἀπονοίας ἔπεσεν, οὕτω καὶ ἐνεργούμενος ὑπ' αὐτοῦ εἰς ἀπόνοιαν ἀλειφόμενος ut Diabolus ex superbia lapsus fuit, ita & impulsus* (Adam) *ab eo ad superbiam incitatus fuit.*

21. *Ejus & exemplum &c.*) hæc omnia dicuntur ex Epiph. sententia lib. I. adversus hæreses par. IV., qui postquam enarravit Adami filium fuisse Sethum, Sethi vero Enos, Cainan, Malaleel, & Jared subjicit: *εἰς δὲ ἡ παράδοσις ἡ εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσα ἐνθένδε ἤρξατο ἡ κακομηχανία ἐν κόσμῳ γίνεσθαι καὶ ἀπ' ἀρχῆς μὲν διὰ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παρακοῆς. Ἔπειτα δὲ διὰ τῆς τοῦ Κάϊν ἀδελφοκτονίας. Νῦν δὲ ἐν χρόνοις τοῦ Ἰαρὲδ, καὶ ἐπέκεινα φαρμακεία, καὶ μαγεία καὶ ἀσέλγεια, μοιχεία τε, καὶ ἀδικία, ut autem traditio fert ad nos profecta, hinc fraus, & scelus cœpit grassari in mundo, & ab initio quidem propter contumaciam Adami, deinde vero propter fratricidium Caini. Nunc autem in temporibus Jaredi, & deinceps veneficia, magia, petulantia, adulterium, & injustitia. Ejus Patris* i. Adami: hic versus imitatur v. 758. Æn. XI. *ducis exemplum eventumque secuti: per cædes* &c. alluditur ad fratricidium Caini, quo spectat alius versus secutos: *respersisse manus fraterno sanguine:* cetera facinora explicantur per *fraudes, dolosque* &c. ex Ovid. Metam. I. v. 130. *fugere pudor verumque fidesque, in quorum subjere locum fraudesque dolique* &c. *per tot artes mille nocendi* ex Æn. VII. v. 338., ubi Juno alloquitur Alecto: *tibi nomina mille, mille nocendi artes: respersisse* &c. ex Æn. VII. v. 547. *Ausonio respersi sanguine Teucros: & omne* &c. ex Æn. III. v. 55. *fas omne abrumpit: thalamum* &c. ex Æn. X. v. 389. *Anchemolum thalamos ausum incestare novercæ.*

22. *Vidi & post genitos &c.*) alluditur ad varia genera facinorum

rum ab hominibus commissa. Enimvero ea quæ dixi de Jaredo, fuerunt mundi sub exordia, et ante diluvium, deinde post diluvium tempore Nembrothi alia commissa fuerunt flagitia ab hominibus teste eodem Epiphan. l. c. §. VI. εὑρετὴς γὰρ αὐτὸς γεγένηται κακῆς διδαχῆς ἀστρολογίας καὶ μαγείας *inventor enim ipse* (Nembrothus) *factus fuit malæ doctrinæ, astrologiæ, & magiæ*; exinde tempore Seruch filii Rhagam nata fuit idololatria, ut Epiph. ibidem: καὶ ἤρξατο εἰς ἀνθρώπους ἡ εἰδωλολατρεία. καὶ ὁ ἑλληνισμὸς ὡς ἐλθοῦσα εἰς ἡμᾶς γνῶσις περιέχει. Οὔπω δὲ ἐν ξοάνοις, καὶ ἐν τορείαις λίθων, ἢ ξύλων, ἢ ἀργυροτεύκτων, ἢ χρυσοῦ, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς ὕλης πεποιημένων: μόνον δὲ διὰ χρωμάτων, καὶ εἰκόνων ἡ τοῦ ἀνθρώπου διάνοια ἐφ' αὐτῇ εὕρισκε τὴν κακίαν. Καὶ διὰ τοῦ αὐτεξουσίου, καὶ λογιότητος, καὶ τοῦ ἀντὶ τῆς ἀγαθότητος τὸ παράνομον ἐφεύρατο *& cœpit in homines & idololatria, & superstitio gentilitatis, ut veniens usque ad nos a majoribus accepta notitia circumfertur; nequaquam vero in simulacris aut cælaturis aut lapidum aut lignorum aut argento factorum aut auro, aut alia materia; solum autem per colores & imaginum aut hominum cognitio in ipsa invenit malitiam, & proprio animi ac rationis impetu pro honestate sibi turpitudinem adsciscceret*. Simulacra vero cœpere tempore Tharra. Quapropter Epiphan ipse ἐντεῦθεν γέγονεν ἀνδρειαντοπλασία ἀπὸ πηλουργίας, καὶ κεραμευτικῆς ἐπιστήμης διὰ τῆς τοῦ Θάρρα τούτου τέχνης *facta fuerunt simulacra ex argilla figlin que opere artifice Tharra*, quæ omnia relata, ab Epiph. ita expressi, ut primum significarim Idololatriam in illis versibus: *vidi & post genitos* &c deinde magiam cultusque superstitiosos in aliis versibus: *seminibus porro* &c. tandem omnia cetera facinora in sequentibus versibus.

23. Porro *postgenitos* pro posteris apud Hor. lib. III. Od. XXIV. *clarus postgenitis*: *te deseruisse parentem* ex Æn. X. v. 600. *morere, & fratrem ne desere frater*: atque *alios agnosse Deos* ex Æn. IX. v. 659. *agnovere Deum proceres*.

24. *Seminibus ... erumpentibus artem in magicam*: *in magicas artes* ex Æn. IV. v. 493. de Didone desperata: *magicas invitam accingier artes*: *misti* ex Catul. Carm. IV. *ad suum Catullum misti*: *in pectora fundos mendaces veluti* ex Hor. lib. III. Od. I. *fundusque mendax*: *vanaque superstitione* &c. ex Æn. XIII. v. 182. *hanc aram vana superstitio veterumque ignara Deorum imposuit*: *horresco referens* ex Æn. II. v. 204. de descriptione geminorum anguium: *horresco referens*: *homo quantum evaserit alter*: *alter* pro alio ex Hor. lib. IV. Od. X. de Ligurino: *quoties te speculo videris alterum*, i. diversum.

24. *Omniaque* &c.) exprimitur id quod ait Hor. Lib. III. Od. IV. *dedecorant bene nata culpæ* &c. *bene nata* i. naturæ bonitatem: *lutarit* ex Martial. lib. XIV. Epig. 50. *ne lutet immundum nitidos ceroma capillos*.

25. *Hinc ea, quæ decora atque illi ornamenta dedisti*) appello decora, & ornamenta omnes gratias & justitiæ originalis, & sanctita-

 tis,

tis, & immortalitatis ex sententia scripturæ, & SS. PP. etenim Eccl. XVIII. *Deus creavit de terra hominem, & secundum se vestivit illum virtute*; & Lucæ X. v. 40. *homo quidam . . . . incidit in latrones, qui despoliaverunt eum*; hinc Aug. lib. IV. Contra Julian. Cap. ult. num. 12. *peccato nudatum* (hominem) *quod gratia contegebat*: idemque invenitis apud Greg. Nyss. lib. de Opif. cap IV. *οὐ πορφυρίδι περικειμένη, οὐδὲ σκήπτρῳ, καὶ διαδήματι τὴν ἀξίαν ἐπισημαίνουσα. Οὐδὲ γὰρ ἀρχέτυπον ἐν τούτοις ἐστὶν, ἀλλ' ἀντὶ μὲν τῆς ἁλουργίδος τὴν ἀρετὴν ἠμφιεσμένη ὃ δὴ πάντων βασιλικώτατον ἐσθημάτων ἐστίν: ἀντὶ δὲ σκήπτρου τῇ μακαριότητι ἀθανασίας ἐρειδομένη, ἀντὶ δὲ διαδήματος τῷ τῆς δικαιοσύνης στεφάνῳ κεκοσμημένη humana natura non purpura vestitur, non sceptro, non diademate gloriam ostentat suam; non enim archetypus in iis consistit, sed pro purpura virtute est amicta, quæ est omnium maxime regia vestis, pro sceptro beatitate immortalitatis fulcitur, pro diademate justitiæ corona exornata*. Quocirca intelligitis quanta fuerit blasphemia Bajana in illa prop. anathemate confixa a Gregorio XIII. & Urbano VIII. *Deus non potuisset ab initio talem condere hominem qualis nunc nascitur*, & quanta Quesnelliana a Clem. XI. damnata: *gratia Adami est sequela creationis, & erat debita naturæ sanæ & integræ*. Etenim si fuit velut indumentum, decus, ornamentum, quomodo poterat gratia esse debita primæ naturæ?

26. *Auсto adeo*, ut &c.) *reliquis animantibus antistaret*; hinc Theodoret. in cap. XXVIII. Ezechiel. *πάντων γὰρ (ἄνθρωπος) κρείττων τῶν ἀλόγων, καὶ πέζων, καὶ πτηνῶν, ἐνύδρων τε, καὶ ἀμφιβίων omnibus namque (homo) præstantior irrationalibus, & terrestribus, & volatilibus, & aquatilibus, & amphibiis.*

27. *Et prior esset* &c.) i. posset homo contendere cum superis, nimirum Angelis & aliis spiritibus invisibilibus utrum ipse homo, an Spiritus essent dignitate potiores ex sententia Macarii Hom. XV. *τιμιώτερος οὖν ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος ὑπὲρ πάντα τὰ δημιουργήματα. Τάχα δὲ τολμήσω λέγειν ὅτι μὴ μόνον τῶν ὁρατῶν, ἀλλὰ καὶ ἀοράτων ἤγουν τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων. Οὐ γὰρ περὶ Μιχαὴλ καὶ Γαβριὴλ τῶν Ἀρχαγγέλων εἶπεν· ὅτι ποιήσομεν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν, ἀλλὰ περὶ τῆς νοερᾶς οὐσίας τοῦ ἀνθρώπου τῆς ἀθανάτου λέγω ψυχῆς honoratior est homo creatis omnibus, ac fortasse audeo dicere non illum solis aspectabilibus creaturis antecellere, sed etiam invisibilibus administratoriis scilicet Spiritibus: neque enim de Michaele & Gabriele Archangelis dixit faciamus ad imaginem & similitudinem nostram, sed de intelligente hominis substantia i. immortali anima.*

28. *Illaque quæ* &c.) nimirum illa imago, ad quam principio factus fuit homo, retulit Deum, seu Sanctissimam Trinitatem: quapropter a Clem. Alex. in Protreptico dicimur: *ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ περιφέροντες nos sumus imaginem Dei circumferentes*: quæ imago a me dicitur *pulcherrima* eo quod appelletur a Chrysost. Hom. II.

in

in Epist. II. ad Thessalonic. εἰκὼν Βασιλικὴ *imago regia*, a Macario Hom. XXV. ἀνόθευτος εἰκὼν θεϊκὴ *germana imago divina*, a Basil. Seleuc. Orat. II de Adamo ἔμψυχος εἰκὼν τοῦ πλάσαντος *animata imago Creatoris*, a Greg. Nyss Orat. Catech. cap. XXI. μίμημα τῆς Θείας φύσεως *imitatio*, *seu simulacrum divinæ naturæ*, a Clem. Alex. Strom. VII. ἄγαλμα ἔμψυχον τοῦ κυρίου *imago viva Domini*, a Nyss. de Opif. hom. τῆς θείας φύσεως ἀπεικόνισμα *naturæ divinæ simulacrum*.

29. *Deturpata fuit* &c.) ita loquor ex sententiis PP. Nam Macarius dixit Hom. XI. ἀπώλεσε γὰρ τὴν εἰκόνα αὑτῆς ἡ ψυχὴ παραβᾶσα τὴν ἐντολὴν *perdidit imaginem sui ipsius anima transgressa mandatum*; quam depravationem imaginis explicat hoc exemplo Hom. XII. sub initium: ὥσπερ ἐὰν ᾖ νόμισμα τὴν εἰκόνα τοῦ Βασιλέως ἔχον, καὶ τοῦτο παραχαραχθῇ ὁ χρύσος ἀπώλετο, καὶ ἡ εἰκὼν οὐ χρησιμεύει, τοιοῦτον ἔπαθε καὶ Ἀδὰμ *sicut cum sit numisma imaginem regis habens*, *& hoc adulteretur*, *& aurum perit & imago non utilis est*, *tale passus est & Adam*. Eamdem deturpationem imaginis expresserunt alii Patres præsertim Basilius M. λόγῳ ἀσκητικῷ: ὁ ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐγένετο, καὶ ὁμοίωσιν, καὶ ἡ ἁμαρτία τὸ κάλλος ἐχρείωσεν *homo ad imaginem Dei factus fuit*, *& similitudinem*, *& peccatum pulchritudinem imaginis deformavit*: & Theodoretus Quæst. V. in II. Paralip. ἐκεῖνος ἐπιθυμήσας γίνεσθαι Θεὸς, καὶ τὸ εἶναι εἰκὼν Θεοῦ προσαπώλεσεν, *ille postquam desideravit fieri Deus*, *& esse imaginem Dei amisit*.

31. *Nunc vero* &c.) nimirum adeo fuit depravatus homo, ut audire meruerit ἄνθρωπος ἁμαρτίας *homo delinquentiæ*, quo nomine insignitur a Tertul. de resurrect. *Ætas* vero accipitur pro hominibus ex Hor. lib. I. Od. XXXV. *Quid dura refugimus ætas?* & Epod. XVI. *altera jam teritur bellis civilibus ætas*.

32. *Unde genus* &c.) alluditur ad id, quod ait Orig. in Exod. Βάσταγμα ὄρους Βαρύτερον πᾶσα ἁμαρτία, διὸ ἔλεγεν ὁ ὑμνῳδὸς ὡσεὶ φορτίον Βαρὺ ἐβαρύνθησαν ἐπ' ἐμὲ, *onus monte gravius omnis iniquitas*, *propter quod dixit Psaltes: sicut onus grave gravatæ sunt super me*.

33. *Artis opisque meæ est*) ex Æn. VIII. v. 377. *Non arma rogavi artis opisque meæ* i. artis, & operis mei.

34. *Hæc Deus audierat* &c.) *qui talia* &c. ex Æn. IV. v. 220. *Qui talia reddidit ore*: & Æn. XI. v. 251. *ille has placido sic reddidit ore*.

35. *Gnata meæ vires* &c.) alluditur ad dictum Greg. Thaumat. Serm. I. de Annunt. ὅπου θεία χάρις, πάντα τῷ Θεῷ δυνατά *ubi est gratia divina*, *omnia Deo possibilia sunt*: hinc Chrysost. hom. XXXII. in Epist. ad Rom. vocat Gratiam τὸ μέγιστον ὅπλον, τὸ τεῖχος ἄρρηκτον, τὸν πύργον ἄσειστον, *armaturam maximam*, *murum inexpugnabilem*, *turrim inconcussam*, quæ omnia ego expressi per illud: *meæ vires* ex Æn. I. v. 667. de Venere incendente dictis Cupidinem; *nate*, *meæ vires &c. quam magna ad facta* &c. ex Æn. V. v. 281. *Nunc magna refer-*

to

te facta patrum , & ex Æn. IV. v. 368. *me ad majora reservo* :

36. *Siccine desperas* &c.) Satis mihi sunto de potentia divina ea quæ Dionys. Areopag. cap. VIII. de divinis nominibus differit , exscribere : λέγομεν ὅτι δύναμις ἐςὶν ὁ Θεὸς ὡς πᾶσαν δύναμιν ἐν ἑαυτῷ προέχων , καὶ ὑπερέχων , καὶ ὡς πάσης δυνάμεως αἴτιος. καὶ πάντα κατὰ δύναμιν ἄκλιτον , καὶ ἀπεριόριστον παράγων : καὶ ὡς αὐτοῦ τοῦ εἶναι δύναμιν ἢ τὴν ὅλην , ἢ κατ᾽ ἕκαστον αἴτιος ὤν , καὶ ὡς ἀπειροδύναμος οὐ μόνον τῷ πᾶσαν δύναμιν παράγειν , ἀλλὰ καὶ τῷ ὑπὲρ πᾶσαν καὶ τὴν αὐτοδύναμιν εἶναι *dicimus quoniam potentia est Deus ut omnem potentiam in seipso præhabens , & superans , & tamquam omnis potentiæ caussa , & omnia secundum potentiam inflexibilem & incircumscriptam producens , & tamquam ipsius esse potentiam tam quoad universalem , quam quoad singularem caussa existens , & tamquam infinitipotens non solum producendo omnem potentiam , sed etiam super omnem & supra ipsam per se potentiam exsistendo* . Sed eo brevius Athan in dial. I. de SSma Trinitate divinam describit potentiam : δύναμις διὰ τὸ μηδὲν αὐτῷ ἀντικεῖσθαι *potentia eo quia nihil ipsi opponi potest* .

37. *Diluvie ex illa* &c.) notæ sunt historiæ ; exscribam id quod ajunt SS. PP. Enimvero de Noemo Epiphan. Lib I. adv. Hæt. §. IV. dixit : καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισία κατακλυσμιῶν ὑδάτων ἐπενέγκασα τῇ οἰκουμένῃ πᾶσαν σάρκα ἀνθρώπων τε καὶ τῶν ἄλλων ἐξήλειψεν. Ἐφυλάχθη ἐν λάρνακι διὰ προςάγματος τὸν Νῶε εὐαρεστήσαντα ἐνώπιον αὐτοῦ , καὶ εὑρόντα χάριν *& divina justitia eluvione aquarum in mundum immissa genus animantium omne funditus exstinxit . Unus in Arca Noemus Dei jussu servatus est , utpote eidem acceptus , & cum primis apud illum gratiosus* : de Rubo , qui Exod. III. v. 2. arsit , neque combustus fuit , ita Theodoret. quæst. VI. in Exod. τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν , καὶ φιλανθρωπίαν κηρύττει , ὅτι δὴ φρυγανώδη οὖσαν τὸ ἄσβεστον οὐκ ἀνήλισκε πῦρ *Dei potentiam atque humanitatem prædicat quod ignis inextinguibilis rubum aridum non consumebat* : de Pharaone cum exercitu immerso in undas superantibus Israelitis ita Athan. in Synopsi Sacræ Scripturæ : καὶ ἐπεὶ ἐξελθόντα τὸν λαὸν κατεδίωξεν ὁ φαραὼ οὕτω λοιπὸν ὁ μὲν ἰσραὴλ ξηρῷ τῷ ποδὶ διέβη τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν διαιρεθεῖσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν : οἱ δὲ Αἰγύπτιοι οἱ διώκοντες τὸν λαὸν σὺν αὐτῷ τῷ φαραὼ κατεποντίσθησαν ἐν αὐτῇ τῇ θαλάσσῃ *& deinde egressum populum persecutus fuit Pharao , & Israel quidem sicco pede pertransiit mare rubrum divisum hic & illic ; Ægyptii vero persequentes populum cum ipso Pharaone submersi fuerunt in ipsum mare* : de tribus pueris jussu Nabuchodonosoris in fornacem accensam immissis Athan. contra omnes hæreses : ὁ Ναβουχοδονόσωρ , ὡς ἑαυτὸν Θεὸν νομίζων εἶναι καὶ εἰκόνα ἑαυτοῦ στήσας ἐν Βαβυλῶνι καὶ ἐμβαλὼν εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς Ἀνανίαν καὶ Ἀζαρίαν , καὶ Μισαὴλ , καὶ τοῦ δροσοποιοῦ λόγου ἐν μέσῳ αὐτῶν γινομένου , καὶ ἐξαλείψαντος , καὶ αὐτῶν ὑμνούντων κ. τ. *Nabuchodonosor seipse Deum putans esse , & imaginem statuens in Babylone , & immittens in caminum*

num ignis Ananiam & Azariam, & Misael, & rorifero Verbo in medio eorum existente & excutiente, & illis canentibus hymnum &c.

38. Quod vero spectat ad verba, animadvertite *servasse incolumem* ex Æn. X. v. 616. *& Dauno possem incolumem servare parenti: diluvie* ex *illa* &c. ex Æn. VII. v. 228. *diluvio ex illo tot vasta per aequora vecti: quae terram effudit* &c. ex Æn. XII. v. 204. *tellurem effundat in undas diluvio miscens: & circum dum flamma rotabat* ex Hor. Lib. IV. Od. XI. *Sordidum flammae trepidant rotantes vertice fumum: Rubus irrexstinctus* ex Sil. III. v. 29. *irrexstincta focis servant altaria flammae.*

39. *Ac pedibus* &c. *currere* de mari Æn. III. v. 191. *vastumque cava trabe currimus aequor*, & Æn. V. v. 235. *Di, quibus imperium est pelagi, quorum aequora curro: vada salsa* pro mari Æn. V. v. 158. *longa sulcant vada salsa carina: innocuam* &c. ex Æn. X. v. 302. *& sedere carinae omnes innocuae: Pharaone sub aequore merso* ex Æn. VI. v. 342. *medioque sub aequore mersit.*

40. *Et medium* &c.) *medium ignem* ex Æn. XI. v. 787. *& medium freti pietate per ignem* &c. *bacchantem* ex Hor. Lib. III. Od. III. *qua parte debacchentur ignes: quid longo sermone* ex Æn. I. v. 221. *amissos longo socios sermone requirunt.*

41. *Et quianam* &c. *quianam* ex Æn. X. v. 6. *Caelicolae magni, quianam sententia vobis versa retro? fingere* pro formare Georg. IV. vers. 57. de apibus: *excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.*

42. *An mihi vis desit* &c.) *desit* ex Ecl. II. & 22. *lac mihi non aestate novum, non frigore desit: quae foedo &c. gemmare* vitium est: hinc Cic. III. de Orat. *nam gemmare vites, luxuriem esse in herbis, laetas segetes etiam rustici dicunt: faxo* pro faciam Æn. IX. v. 159. *haud tibi cum Danais rem faxo & pube Pelasga esse putent*, & Æn. XII. v. 316. *ego foedera faxo.*

43. *Si nihil in terram* &c.) alluditur ad sententiam Maximi apud Euthymium panopl. parte I. tit. 7. *Δεύτερον δὲ ἐκπλήττεται πῶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, τὴν τῶν ὄντων οὐσίαν εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε. Ελληνες μὲν οὖν ἐρρίφθωσαν μηδὲν ἐξ οὐκ ὄντων γενέσθαι λέγοντες. Ημεῖς δὲ φάμεν, ὅτι ὥσπερ μεγαλοσύνης τοῦ πεποιηκότος οὐκ ἐστὶ πέρας, Οὕτως οὐδὲ τῆς σοφίας καὶ δυνάμεως αὐτοῦ κατάληψις deinde in stuporem rapitur quomodo de nihilo substantiam exsistentiam ad esse provexit. Greci quidem ergo valeant nihil ex nihilo fieri dicentes. Nos autem dicimus quia sicut magnitudinis factoris non est terminus, sic neque sapientiae, & potentiae est comprehensio. Surrexe* ex Hor. Lib. I. Sat. IX. v. 72. *huncine solem tam nigrum surrexe mihi* i. surrexisse: porro *surrexe in terram* &c. ad instar illius Æn. X. 725. *surgentem in cornua caprum: lucentia astra* ex Æn. VI. v. 725. *lucentemque globum Lunae Titaniaque astra: vastum pontum* ex Georg. IV. v. 430. *Cum vasti circum gens humida ponti exsultans: torrentia flumina* ex Ecl. VII. v. 52. *hic tantum Boreae*

cur-

curramus frigora quantum .... torrentia flumina ripas.

44. *Metata* &c.) *metata* ex Hor. Lib. II. Od. 15. *nulla decempedis metata privatis porticus*, & lib. II. Sat. 2. v. 114. *videas metato in agello* &c. *immetata* ex eodem Hor. Lib. III. Od. 24. v. 12. *immetata quibus jugera liberas fruges & Cererem ferunt.*

45. *Ast oculis* &c.) significatur illud mirabile factum, nempe Mariæ virginitas ante partum, in partu, & post partum, de qua Athan. Orat. de Incarn. vult intelligatur illud Esajæ: *generationem ejus quis enarrabit?* καὶ τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; πάντων μὲν γὰρ τῶν ἁγίων τὴν γενεὰν τις μαθὼν δύναται ἄνωθεν διηγήσασθαι, τίς καὶ πόθεν ἕκαστος γέγονε. Τοῦ δὲ τυγχάνοντος ζωῆς ἀδιήγητον τὴν γενεὰν αἱ θεῖαι σημαίνουσι λόγοι . . . αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐκ παρθένου προελθὼν καὶ ἄνθρωπος ἐπὶ γῆς φανεὶς, καὶ ἀδιήγητον ἔχων τὴν κατὰ σάρκα γενεάν. Οὐ γάρ ἐστιν ὃς δύναται τὸν κατὰ σάρκα πατέρα τούτου λέγειν οὐκ ὄντος τοῦ σώματος αὐτοῦ ἐξ ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐκ παρθένου μόνης κ. τ. *& generationem ejus quis enarrabit? omnium enim sanctorum generationem aliquis cum didicerit, potest seorsim enarrare quis & unde unusquisque fuit. Hujus autem existentis vitæ inenarrabilem generationem divinæ significant Scripturæ . . . Hic enim est, qui ex Virgine prodiit, & homo super terra visus fuit, & inenarrabilem habet generationem. Non enim est, qui patrem hujus secundum carnem dicere non exsistente corpore ejus ex homine, sed ex Virgine sola* &c. At hanc generationem, quam Athan. L. c. dicit inenarrabilem, conatur exemplis explicare in resp. ad quæst. XIX. μνήσθητι ὅτι πάρθενος ὢν ὁ Ἀδὰμ τὴν Εὔαν ἐγέννησε, καὶ πάρθενος διέμεινε καθάπερ τὸ πρότερον: καὶ ὥσπερ ὁ Ἀδὰμ πάρθενος ἐγέννησε καὶ πάρθενος διέμεινε. οὕτω καὶ ἡ Θεοτόκος Μαρία πάρθενος οὖσα ἔτεκε τὸν χριστὸν, καὶ πάλιν πάρθενος διέμεινε. Ἀλλὰ καὶ ἄλλου πρὸς τούτου μυστηρίου ἄκουσον: ὥσπερ οἶκος περιπεφραγμένος πάντοθεν ἀνατολικὸν ἔχων ὑάλινον τι κάθαρον, καὶ λεπτότατον παραθυρίδιον ἀνατείλαντος τοῦ Ἡλίου αἱ ἀκτῖνες αὐτοῦ διαπερῶσι τὸν ὑαλὸν καὶ εἰσέρχονται πάντα τὸν οἶκον καταφωτίζοντες, καὶ πάλιν παρερχομένου τοῦ Ἡλίου. καὶ τῶν ἀκτίνων ἐξερχομένων ὁ ὑαλὸς οὐ συντρίβεται, ἀλλ' ἀβλαβὴς ἐκ τῶν εἰσερχομένων τε, καὶ ἐξερχομένων προσκρουσέων τοῦ Ἡλίου διαμένει ἀκτίνων. Οὕτω μοι νόει περὶ τῆς παρθένου Μαρίας. Αὐτὴ γὰρ ἡ πανάγιος ὡς οἶκος οὖσα περιπεφραγμένος ὁ υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ καθάπερ ἀκτὶς θεϊκὴ ἐκ τοῦ Ἡλίου τῆς δικαιοσύνης τοῦ πατρὸς κατελθὼν, καὶ διὰ τοῦ ὑαλίνου παραθυριδίου τῶν ὤτιων αὐτῆς εἰσελθὼν τὸν πανάγιον οἶκον αὐτῆς κατεφώτισε, καὶ πάλιν ὡς οἶδεν αὐτὸς ἐξῆλθε μὴ λυμήνας τὴν παρθενίαν ἐκείνης τὸ σύνολον: ἀλλ' ὡς πρὸ τοῦ τόκου, καὶ ἐν τῷ τόκῳ, καὶ μετὰ τὸν τόκον πάρθενον ἁγνὴν διεφύλαξε κ. τ. *Memento, quod Virgo existens Adam Evam genuerit, & Virgo permanserit, sic & Diva parens Maria Virgo existens peperit Christum, & rursus Virgo permansit; sed & aliud de hoc mysterio audito: sicut Domo circum septa undique ad Orientem habente vitream, & puram, & tenuissimam fenestellam orto sole radii ipsius penetrant vitrum,*

& pror-

& prorsum ingrediuntur domum illustrantes, & rursus prætereunte sole, & radiis egredientibus vitrum non confringitur, sed innocuum ex ingredientibus, & egredientibus repercussionibus permanet radiorum; sic mihi mens est & de semper Virgine Maria; illa namque castissima ut Domus existens undique consignata filius, & Verbum Dei est ut radius divinus ex Sole justitiæ Patre descendens, & per vitream fenestellam aurium ipsius ingressus sanctissimam domum ipsius illustravit, & rursus, ut novit, idem exivit non fœdata virginitate illius omnino; sed ut ante partum & in partu, & post partum Virginem castam custodivit &c. affert & aliud exemplum desumtum ex Astrape, de qua habetis Phaleucium in lib. III.

46. *Descendet* &c.) ex Georg. II. v. 626. *tum Pater Omnipotens, fœcundis imbribus æther conjugis in gremium lætæ descendit: mox carne exibit amicta*, phrasis Ecclesiastica, præsertim in hymno Pass., *& carne amictus prodiit: quin ostia laxet* ex Æn. II. v. 259. *laxat claustra Sinon*.

47. *Viribus indubitare* &c.) ex Æn. VIII. v. 404. *absiste precando viribus indubitare tuis*.

48. *Nonne* &c.) explicatur sententia Athan. l. c. supra: *ὅπου γὰρ βούλεται Θεὸς, νικᾶται φύσεως τάξις: καὶ πάλιν θαυμαστὸς ὁ Θεὸς, καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ubi enim vult Deus, vincitur naturæ ordo; rursus: mirabilis Deus, & mirabilia opera ejus*.

49. *Natura vertitur* &c.) ex Æn. III. v. 376. *volvitque vices, is vertitur ordo*.

50. *Ille ego* &c.) ob transgressionem Adami damnati sunt homines generari *originis* infecti peccato: hinc Macarius hom. XI. *διὰ τοῦ Ἀδὰμ ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος per Adam in omnem animam dominata est mors*, & Cyril. Alex. lib. Glaphyr. in Numeros: *καὶ θανάτῳ καὶ φθορᾷ τὸ ἀνθρώπινον ἐν αὐτῷ (Ἀδὰμ) κατεδικάζετο γένος & ad mortem & corruptionem humanum in illo (Adamo) damnatum est genus*. Sed inducitur Deus, qui testatur sese e communi lege exemturum esse Mariam per ea Virgiliana Æn. VI. v. 622. *fixit leges ... atque refixit*.

51. *Dixit & ... divinus* &c.) nempe postquam Deus confirmavit Gratiam se non esse solam in efformanda Virgine, & animo adesse, ut advertat quicquid ante laborem Deus ipse præmittat, hortatur, dum mirabunda Gratia stabat in obtutu tacito, exivit divinus Spiritus eodem modo atque principio creationis Mundi, ante quam Deus opificio admoveret manus, ferebatur super aquas, i. more gallinæ incubabat & confovebat illa prima elementa; hinc Hieron. explicans מְרַחֶפֶת merachephet, quæ vox a Vulgata redditur *ferebatur*, *incubabat*, ait, *& confovebat in similitudinem volucris ova calore animantis*; & cum Hieron. consonuit Basil. in Hex. *συνέθαλπε, καὶ ἐζωογόνει κατὰ τὴν εἰκόνα ἐπωαζούσης ὄρνιθος confovebat vivificabatque in morem gallinæ ovis incubantis*.

Ita ergo Spiritus emissus consovit vivificavitque semina, unde Virgo oritura erat. *Tacito dum Gratia . . . stabat in obtutu* ex Æn. XII. v. 666. de Turno: *Turnus & obtutu tacito stetit : summo demissus ab æthere* ex eodem Æn. XII. v. 853. *Harum unam celerem demittit ab æthere summo Jupiter* : *vixdum* : quamvis Virg. adhibeat *vix* ut Æn. I. v. 38. *vix e conspectu* &c. tamen apud Cic. Lib XII. Fam. ep. IV. legitur *vixdum: quod tibi tam cito succederet, cum tu vixdum triginta dies in Syria fuisses* : *indigesta* &c. ex Ovid. Metam. Lib. I. v. 7. *rudis indigestaque moles* : *fovebat* ut alludatur ad *merachephet* : *rudis . . . tellus* dicitur eodem sensu ac *rudis campus* Georg. II. v. 211. *& rudis enituit impulso vomere campus* : *genitalem vigorem* habet illam vim & significationem quam *genitale arvum* Georg. III. v. 136. *nimio ne luxu obtusior usus sit genitali arvo*, *& semina genitalia* Georg. II. v. 324. *vere tument terræ, & genitalia semina poscunt*.

52. *Quo gravis* &c.) *ut Marte gravis* Æn. I. v. 278. *varios tulit . . . fœtus* ut Virg. Georg. II. v. 501. dixit *ferre fructus* : *quos rami fructus quos ipsa volentia rura sponte tulere sua*, ita dixi *tulit fœtus*.

53. *Læta novo* &c.) *læta* pro fertili ut apud Cic. de Nat. Deorum *lætissimi fructus vitium* : *feraci partu* de terra apud Ovid. Lib. II. Ama: eleg. 16. *terra ferax Cereris, multoque feracior uvis*.

54. *Spiritus . . . vitali munere dives*) scilicet exprimitur illud quod Athan. in resp. ad Erotesin XLVIII. de dictis & interpr. parabol. S. Script. de Spiritu dicitur : ζωογονῶν : *vitali munere* valet idem quod *vitales auras* Æn. I. 391. *& vitale lumen* apud Ovid. Metam. II. v. 828.

55. *Calfacit* &c.) *calfacit* : videte animadv. 121. ad Rhapf. I. *calfacit incubitu* alluditur ad Merachephet, de quo paullo ante : *ducat* &c. ut Æn. V. v. 801. dicitur : *unde genus ducis*, sic hic *unde ducat ortum*.

56. *Post ubi* &c. ex Æn. V. v. 361. *post ubi confecti cursus* &c. *fœcundat arena* : divinos &c. ex Æn. I. v. 595. *oculis afflarat honores*.

57. *Labes maculosa* &c. *maculosa* ex Hor. Lib. IV. Od. V. *Mos & lex maculosum edomuit nefas* : *eluitur* verbum proprium elusionis macularum. Hinc Plin. Lib. XX. c. 8. *eluere maculam vestium*, & Cic. II. de LL. c. 10. *animi labes nec diuturnitate vanescere, nec manibus elui potest*.

58. *Subitoque* &c.) *dat fugam* ex Æn. XII. v. 367. *qua venti incubuere, fugam dant nubila cœlo* : *volat* ex Æn. VII. v. 467. *volat vapor ater ad auras* : *dispersus in auras* ex Æn. XI. v. 617. *vitam dispersit in auras*, & v. 795. *partem volucres dispersit in auras*.

59. *Quocirca* &c.) *Nova signa dabat* ex Georg. 4. v. 439. *Sol quoque . . . . signa dabit* : *conversa* pro mutata ex Æn. XII. v. 603. *in faciem soror ut conversa Metisci aurigæ*.

60. *Sanctiparæ* i. Diviparæ : *velut imbre marito* ex pervigilio Veneris tributo Catullo : *fecit undantem Dione de maritis imbribus* : *bibu-*

lis

lis rimis eo sensu, quo *bibula arena* Georg. I. v. 114. *bibulum lapidem* Georg. II. v. 348. *& bibulam favillam* Æn. VI. v. 227. *vitrdo vernabat* i. exuebat veterem, & induebat novum vultum, seu faciem. Hinc de serpente, qui vere exuit corium vetus, & induit novum, dicitur *vernatio*: videte Plin. lib. XXIX. cap. V., & lib. XXX. cap. III.

61. *Qualis regina volucrum* i. aquila, quæ ab Epiph. in Physiologo appellatur *βασιλεὺς τῶν ὀρνέων* : *cui senio* &c. ex Æn. V. v. 396. ubi Entellus ita loquitur : *frigentque effœtæ in corpore vires: si fuerit* &c.: alluditur ad illud quod refert de aquila Bechai explicans etymon נֶשֶׁר nescer, & vult dictam a Chaldeo נְשַׁר nescar *cadere*, *decidere*; nam quoque decennio ad elementum ignis usque evolans aquila aduritur, & decidit in mare, quo casu renovatur ejus vita; unde illud Ps. 103. v. 5. *renovabitur ut aquila juventus tua*. Fateor Epiphan. aliter hunc aquilæ morem describere in Physiol. *ἐςὶ γὰρ ἀετὸς Βασιλεὺς τῶν ὀρνέων. Ἀετὸς δὲ καλεῖται διὰ τὴν πολυετίαν αὐτοῦ. Αὐτὸς μὲν ζῇ ἔτη ἑκατόν, καὶ γηράσαντος γρυποῦται ὁ προμυκτὴρ, καὶ ἀμβλυώττουσιν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ τοῦ μὴ ὁρᾷν, καὶ οὐκ ἰσχύει φαγεῖν. Ἀνέρχεται δὲ εἰς ὕψος λίαν, καὶ ῥίπτει ἑαυτὸν ἐπὶ ἀκροτόμου πέτρας προσκρούσας αὐτῇ δὲ ῥάμφος, καὶ λούεται εἰς τὴν ψυχρὰν λίμνην, καὶ χέονται κατὰ τὸν ἡλιακὸν θερμόν: πίπτουσι δὲ λεπίδες ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ πάλιν εἰς νέους τελείως ἔρχεται* *aquila volucrum regina a longissima vita vocatur: vivit quidem annos centum, cum vero senescit, rostrum ei incurvatur, caligantque oculi, ita ut nec videre possit, nec cibum capere. Igitur in altum sese attollit, & in præruptam se projicit rupem, ad quam rostrum allidit, & se frigidis immergit aquis, adversusque solares calores se opponit, tuncque ex oculis cadunt lippitudines & iterum juvenescit*. At ego sententiam Bechai secutus sum relicta Epiphaniana.

62. *Delapsa* &c.) *in gurgite vasto* ex Æn. VI. v. 741. *aliis in gurgite vasto infectum eluitur scelus: pulchrior eveniet* ex Hor. Lib IV. Od. IV. *merses profundo, pulchrior evenit: primævo flore* &c. ex Æn. VII. v. 162. *primævo flore juventus exercetur equis*.

63. *Sic natura* &c.) sensus est: sicut aquila vetus & turpis juvenescit & fit pulchrior, sic natura, unde Maria erat oritura, renovatur, viret &c.

64. *Accipit hæc animo* ex Æn. III. v. 250. *Accipite hæc animis* &c. *& læto cum corde volutat* ex Æn. VI. v. 185. *atque hæc ipse suo tristi cum corde volutat: rumpitque moras* ex Æn. IX. v. 13. *rumpe moras omnes* &c. *Seminibus . . . daturis* &c. ex Hor. Lib. III. Od. VI. *mox daturos progeniem* &c.

65. *Se parat* &c.) *accingunt operi* ex Æn. II. v. 235. *accingunt omnes operi: accingunt se* ex Æn. I. v. 214. *illi se prædæ accingunt*: *divamque laborat* eo modo quo Cic. ad Attic. Lib. IV. ep. 16. in fin. *ad quid laboramus res Romanas?*

66. *Festinat* &c. ex Æn. VI. v. 176. *tum jussa Sibyllæ haud mora festinant flentes.*: *dum prima* &c. ut apud. Lucr. *quove modo distracta redires in ordia prima* i. Primordia *: major se* &c. ut Sibylla afflata Numine Æn. VI. v. 49. major videbatur ; ita Gratia &c. *Deus est animos* &c. Virg. Æn. III. v. 89. dixit *animis illabere nostris*.

67. *Annuas ut cœptis* ex Georg. I. v. 40. *audacibus annue cœptis: operis pars* &c. ex Æn. II. v. 6. *quorum pars magna fui : hinc visa glomerare manus : glomerare* proprie est in globi speciem formare, sive filum in globi figuram convolvere.: quapropter Ovidius Metam. VI. v. 19. *sive rudem primos lanam glomerabat in orbes, seu digitis subigebat opus : jam semina cogunt* i. densant ut Georg. IV. v. 35. *mella cogit hyems*, i. coagulat, & densat : *neunt* &c. ex Tibullo lib. IV. Eleg. III. v. 36. *stamina, quæ ducunt, quæque futura neunt*, i. nent; quod vero nere dicatur de stamine vitæ, audite Ovid. lib. I. de Ponto Eleg. VIII. ad Fin. *nerunt fatales fortia fila Deæ.*

68. *Et vidi, aut vidisse puto* ex Æn. VI. v. 454. *qualem primo qui surgere mense aut videt, aut vidisse putat per nubila Lunam : emicat . . . . fulvo speciosior auro* ex Æn. XI. v. 776. *sinusque crepantes carbaseos fulvo in nodum collegerat auro pictus acu tunicas.*

69. *Et caput nitidum* ex Georg. I. v. 467. *cum caput obscura nitidum ferrugine texit : Ambrosiæque* &c. ex Æn. II. v. 407. *Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem spiravere : quibus ipse* &c. ex Georg. III. v. 292. *Sed me Parnassi deserta per ardua dulcis raptat amor : os exinde flagrat* ex Æn. I. v. 714. *flagrantesque Dei vultus : Phœbeæ* &c. ex Æn. III. v. 637. *Argolici clypei aut Phœbeæ lampadis instar.*

70. *Puniceæque* &c.) ex Æn. XII. v. 76. *Puniceis invecta rotis aurora rubebat :* animadvertite *malas* heic easdem atque *genas* esse ex Plin. lib. II. *infra oculos malæ homini tantum, quas prisci genas vocabant* &c. *ignita aurora* &c. ex Æn. v. 589. *humentemque aurora polo dimoverat umbram.*

71. *Ecce supercilium* &c. ex Hor. lib. III. Od. I. de Iove *cuncta supercilio movente : Frons pudibunda* ex Hor. in arte *: pudibunda matrona: suffundat* &c. ex Georg. I. v. 430. de aurora : *at si virgineum suffuderit ore ruborem.*

72. *Ecce oculi velut astra micantia* &c. ex Hom. Iliad. E. v. 5. ἀστέρ᾽ ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον ὅστε μάλιστα λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος Ὠκεανοῖο, *Sirio similis, qui maxime splendide collucet lotus in Oceano* : unde latini hauserunt sententiam eandem : namque Æn. XI. v. 914. *Ni roseus fessos jam gurgite Phœbus Ibero tingat equos : tremula luce* ex Æn. VII. v. 9. *splendet tremulo sub lumine Pontus.*

73. *En acies* &c.) i. acumen oculorum ex Æn. XII. v. 558. *huc, atque huc acies circumtulit ; aspicit urbem* &c. *quæ vitæ aquilino*, nimirum *aquila*, scripsit Augustinus, *est acuti adeo intuitus, ut cum in eam altitudinem elata est, ut nec humanis pateat oculis, tamen & minutos*

natos videat pisciculos in mari natantes, & lepusculos sub umbroso frutice recubentes. Humilis fortassis est comparatio? At Dionys. Areopagita de Cœl. Hierarch. cap. XV. v. 8. visionem Angelicam, qua Deum cernunt, explicat exemplo ex aquila deducto: φέρε καὶ τὴν τοῦ ἀετοῦ εἰκόνα κατίδωμεν .... ἔχουσι καὶ τὸ θεωρητικὸν ἀκλινῶς πρὸς τὴν ἄφθονον, καὶ πολύχυτον ἀκτῖνα τῆς θεικῆς ἡλιβολίας ἐν ταῖς εὐρωστίαις τῶν ὀπτικῶν αὐτῶν δυνάμεων: λόγος γὰρ τοὺς ἀετοὺς τῶν τικτομένων τὰ γνήσια ἐκ τῶν νόθων οὕτω διακρίνειν. Ἐὰν ἀτενίσωσιν ἀσκαρδαμυκτὶ πρὸς τὸν Ἥλιον, γνήσιά εἰσιν: εἰ δὲ μὴ ὡς νόθα καὶ ξένης γονῆς ἀποβάλλονται τῆς καλιᾶς. Οὕτως οὖν καὶ ὁ μὴ δυνάμενος τῷ Ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης ἀτενίσαι, νόθος τῆς αὐτοῦ γνώσεως εὑρίσκεται. Οἱ δὲ θεῖοι νόες ἀσκαρδαμυκτὶ ὡς ἐφικτὸν ἀτενίζοντες γνήσιοί εἰσιν. *Age & aquilæ imaginem contueamur .... habent quoque vim robustis oculorum intentionibus irreflexe contemplandi uberrimum lateque diffusum radium, quem ex sese divinus ille Sol evibrat. Ferunt enim aquilas pullos suos genuinos a nothis ita discernere: si irretortos oculos in solem intendunt, genuini habentur; sin secus, ut nothi & adulterini e nido deturbantur. Eadem itaque ratione, qui justitiæ soli non valet obtueri, a cognitione ejus alienus, ac nothus reperitur: verum illæ divinæ mentes, quæ illum irretorta quantum fas est acie contemplantur, genuinæ sunt*. Si Ariopagitæ licuit aciem angelicorum oculorum cum visu aquilæ comparare, liceat etiam mihi aciem Mariæ in tuendo Deo cum aquilæ acie componere.

Spiramenta i. ea loca, per quæ spiritus exit, ut *spiramenta animæ* Æn. IX. v. 580. *olidum flatum* i. bonum odorem, ut Martial. lib. I. Ep. 50.: *olidaque vestes murice*: *emittentia flatum* i. exspirantia: Æn. IX. v. 346. dicitur *flatusque remittant*, alio sensu i. pro superbia: *dum flamina naribus efflant* ex Æn. XII. v. 115. *solis equi lucemque elatis naribus efflant*.

Arrectaque aures ex Æn. I. v. 156. *arrectisque auribus adstant*: *divina capessere jussa* ex eod. Æn. I. v. 81. *vulgusque profanum oderit* ex Hor. lib. III. Od. I. *odi profanum vulgus* &c.

73. *Suaveolentia* &c.) ex Catul. Carm. 62. v. 7. *suaveolentis amaraci*: *atque insedissent*: *insidere* proprium est apum, cum adhærent floribus Æn. VI. v. 708. *ubi apes æstate serena floribus insidunt variis*: *examina multa* ex Georg. IV. v. 139. *examine multo abundare*.

74. *Dulce loquentem* ad instar illius Hor. de Lalage *dulce ridentem, dulce bibentem*.

75. *Elephanto secto* &c. i. Ebore ex Æn. III. v. 464. *sectoque elephanto*: *septumque* &c. ex illo celebri Hom. ἕρκος ὀδόντων *septum dentium*.

76. *Baccatum monile* ex Æn. I. v. 659. *colloque monile baccatum*.

77. *Cui ... decus addit lactea cervix*: *lactea cervix* ex Æn. X. v. 137. *fusos cervix cui lactea crines accipit*: *decus addit* ex Æn. I. v. 596. *quale manus addunt ebori decus*.

78. *Præsens, & ineluctabile pectus*: *præsens pectus* ex Æn. V. v. 363.

363. *animusque in pectore præsens* : *ineluctabile* i. cui resisti nequit ut Æn. VIII. v. 334. *ineluctabile fatum*.

79. *Brachiaque* &c.) i. λευκώλενος apud Hom. *imitantia* &c. ex Hor. Lib. IV. Od. II. *imitatus ignes tertium lunæ referentis ortum* : *regifico modo* ex Æn. VI. v. 605. *Regifico luxu sponsura salutem* ex Æn. XII. v. 637. *aut qua jam spondet fortuna salutem* : *miser* &c. ex Æn. III. v. 607. de Achæmenide : *genua amplexus genibusque volutans hærebat*.

80. *Pes . . . qualis caput* &c. ex Phædr. Lib. I. 22. v. 9. *calcibus frontem exterere*.

81. *Velut Iris* &c. ex Æn. IV. v. 700. *ergo Iris croceis per Cœlum roscida pennis mille trahit varios adverso sole colores* : *fassus* ex Ovid. I. de Ponto El. 8. *da veniam fasso* : *digna Deo* ex Æn. VI. v. 662. *Phœbo digna* &c. *pulcherrima proles* ex Æn. VI. v. 648. *hic genus antiquum Teucri pulcherrima proles*.

Video me quantum longis hisce animadversionibus vobis , o mei humanissimi discipuli , non displiceo , tantum ceteris fortasse lectoribus fastidium creare ; quapropter ut horum satietati mederi videar, in aliis rhapsodiis ita prolixum me non esse promitto ; enimvero non animadvertam nisi ea quæ necessario animadvertenda sunt .

RHAP-

RHAPSODIA III.

Corporeo velo o electa operire coævam
Progeniem Summo Patri, fert corde voluntas
Dicere te, Virgo, incolumem excessisse furenti
E flamma, mortale genus qua prorsus abivit
Dilapsum in cineres; precor adsis æqua canenti.
Postquam audax contemsit homo mandata Tonantis,
Continuo Divina fuit sententia lata
Contemtorem illum cum posteritate futura
Ceu patriæ obstricta noxæ damnarier igni, 1.
Qui solet accendi divino Numine læso.
Ut meritas olli pœnas sint ergo daturi,
Dira cohors emissa specu prodivit ab ima,
Cujus erat lignis pars una gravata recisis
Ditis ab arenti silva, pars altera flumen
Sulphureum, piceumque, bitumineumque ferebat
Tellurem contra, nempe ipsum Acheronta refusum,
Quem manus arte valens ducendi flumina sursum
Et scatebræ effossæ, mireque foramina aperta
Vectabant undantem illum, terramque tenentem;
Ultima pars ibat taurini pondera follis
Sustentans connixa una cervice torosa;
Cujus ope ingentem in flammam raperetur & ignem
Silvæ ea congeries Stygiali arsura calore,
Unda Acherontea postquam perfusa fuisset.
Ut Stygius globus ille fuit tellure potitus,
Constitit, atque humeris oneroso fasce levatis,
Ac posito, & structo quicquid secum egit ab Orco,
Sese operi accinxit partito cuique labore.
Unde strue aggesta, penitusque Acheronte per illam
Innante, accensaque animoso folle favilla

Sub-

Subjecta truncis Stygiis violentior ignis
Ilicet erupit: jam jamque ea flamma minatur
Correptura homines, atque absumtura cremando;
Heu genus humanum infelix, cui desuper adstat
Ignea diluvies par illi diluviei,
Si quando Cælo fœto pluvialibus undis
Decidet, & terras immenso vortice aquarum
Obruet, exitioqne dabit mortalia membra.
Vastat enim, sævitque, & inexsaturabilis ardet,
Horrescitque furens, humanaque corpora flamma
Ore rapax avido invadit, prensatque, rapitque
Semper edax, rapidoque æstu transcurrit, & errat,
Atque vorat, patresque vorat, gnatosque, nepotesque
Hac ambusta, illa cinefacta prole secuta.
Hic Pater Omnipotens, qui prospicit æthere summo,
Accipit & sonitum & flammæ incendia sentit,
Atque ita Divino secum sub pectore volvit:
Quod pereat restinctus homo, non ipse repugno,
Majestate mea toties, & nomine spreto.
Hæccine sed pestis perecet furiata futuram
Diviparam? fonti sit quamquam ab origine ducta.
Excipiam sorti, faciamque ex omnibus unam
Eximiam. An patiar famoso exurier igne
Hrcin, me Patre Satum quæ condet in alvo?
Ast o qualis honor, Divinaque gloria qualis,
Cum sirim matres alias Diamque parentem
Esse pares? ubi vis magna, & mea justa voluntas,
Casibus eripiam si non communibus illam?
Hoc tolerem? toleremque etiam Plutona canentem
Sanctiparam stygio quondam tepuisse calore?
His medium dictis sermonem abrumpit, & alti
Conscendit Cœli penetralia ad intima, ibique

Si-

Sistit, & obstrictam laxavit clavibus arcam;
Asservabat ea ornatus, pallasque recentes,
Flammeaque, & vittas, ostroque auroque rigentem
Virgineum mundum, quem nullus triverat usus,
Præterea vestes multas, mithrasque, stolasque,
Et tunicas longas, & amictus versicolores,
Tegmina, ne noceat, si flammeus ingruat ardor:
Excerpsit Deus ergo adaperta 3. *amianton* ab arca
Multiplicem, varioque auri subtemine textum,
Arte laborarat quem Cœli docta Magistra,
Obtuleratque Deo pretiosum hoc munus habendum:
Diviparæ hunc ergo ornatum Regnator Olympi,
Ipse manu postquam explicuit (mirabile visu)
A capite inque humeros talosque induxit ad imos;
Insuper hæc addit: mea, Virgo, maxima cura,
Ignitas ne horresce minas: sic tecta maneto
Integra, ne quando admorsum patiaris ab igne:
Sic evade attactum ignis mollemve levemve.
Dixerat: at rabies ignita furebat habenis.
Immissis bacchata suo spatiosius æstu:
Quandoquidem parvos adeo perdebat, & amplos,
Gentis ut humanæ coacervato aggere magno
Horrifico in busto fument incendia late.
Namque exarsit Abel, exarsit Abramus, & Isac,
Progenieque Jacob felix, Enochusque, Eliasque,
Nec tua, Melchisedech, te virtus maxima texit.
Ecce etiam in subolem redimitam tegmine dio
Flamma vorax dilapsa velut, vaga, nescia vinci
Prosilit, & manibus stygiis instantibus aucta
Congeminat vires, excurrit, & impete vasto
Immensam agglomerat molem, circumque volutat,
Ac mediam inclusam flammato vortice cinxit.

Quid modo continget, tanta heu circumdata flamma?
Forsan parvus eris pulvisque cinisque futura?
Quorsum cura tui? quorsum prudentia Dia?
Flamma procax, ne læde illam, quæ sancta virago est.
O Rex cælicolum, divæ succurre parenti.
Quamquam o! vesanas quid fundo has ore loquelas,
Si glomerata acies urget Vulcania frustra?
Non ardes, o lux nostræ clarissima gentis,
Dum tegimen cæleste cavet, ne lambere possint,
Tangere neu tete cujus summa ora favillæ.
Hinc tellus mirata stupet, stupet omnis Olympus,
Ac veluti medio sospes rubus asper ab igne
Hærentem obtutu Mosen defixit in uno,
Haud secus attonita ora tenes, stupefactaque corda
Mirantum indomitas posuisse incendia vires;
Ipsa Cohors subterna stupet mirata furorem.
Inflatæ flammæ vanum vano ore rapacem
Arrosisse ignem, & magis illa operosa caterva
Expromit vires, follemque inflare laborat,
Majorique studet flatu inflammare caminum.

Quantus at assurgit contra obluctatus Avernus,
Tanta stat, & felix conata Erebea repellit,
Atque velut pluvio Cælo persusa maderet,
Hoc minus, atque minus tulit Heroina calorem,
Quo magis ignivomus vortex inflatibus undat.

Interea vero hæc inter conamina tanta
Ex imis specubus sævissimus arbiter Orci
Sensit agi incassum, rabieque iraque tumescit,
Eque suis sociis (ne quid dimittat inausum)
Suffectum voluit quoddam genus ignea tela
Edoctum tractare manu, contraque vibrare,
Quos sic alloquitur, magnamque exsuscitat ollis

Ani-

Iram in pectoribus: spes o fidissima Ditis,
O pubes electa mei succurrere rebus
Imperii fessis, opus est mihi robore vestro.
Sensisti? non estur enim muliercula, quamquam
Corripuit mediam totam Cocytia fornax,
Persurit atque illam contra rabiosior æqno.
Ipsane perstabit sospes, quin victa tremetur?
Quo deportati nobis de gente triumphi
Humana toties, si nostra evaserit ausa
Una semel? tantumne nefas perferre licebit?
Eja ito, & facito, ut valeat Plutonius ardor.
Dixit, & huic dicto parens volat ocior Euro
Vana phalanx; mediis se postquam ardoribus infert,
Seque illis armat, cassa ictu ea spicula vibrat;
Qualis enim cataphractus homo, cui ferreus imber
Ingruat, & jaculis tempestas crescat acutis,
Incolumis restat; sed quamvis fortior urget
Missilum grando, dextram petit, atque sinistram,
Et caput, inque hominem superincidit irrita totum;
Ille tamen salvo decedit corpore pugna,
Qui nubem hostilem reicit, ne perferat ictum;
Talis ab immani, qui contra fulminat, igne
Jessiades secura Dei tutamine certo
Excedit, superatque incursum integra Virago.
Quocirca delusa Stygis manus ilicet omnis
Dispalata fugit, ceu nubes pulveris atri
Flante fugit Borea, moles ruit ignea, & orto
Ingenti fumo in tenues evanuit auras,
Atque manet Virgo nil læsa illæsa futura.

ANIMADVERSIONES.

1. *Damnarier igni*) Loquor ex sententia Orig. Lib IV. contra Celsum §. 21. *οὐκ ἀρνούμεθα οὖν τὸ καθάρσιον πῦρ, καὶ τὴν τοῦ κόσμου φθορὰν ἐπὶ καθαιρέσει τῆς κακίας καὶ ἀνακαινώσει τοῦ παντός. Λέγοντες παρὰ τῶν προφητῶν ἐκ τῶν ἱερῶν βιβλίων μεμαθηκέναι* x. e. *Non igitur negamus igne purgandi vi prædito Mundum absumtum iri, ut aboleantur vitia, & hæc renovetur universitas; id e contrario nos e sacris prophetarum libris didicisse profitemur* &c.

2. *Par illi diluviei* &c.) nimirum Græci Philosophi apud Orig. Lib. cit. contra Celsum §. 20. senserunt terram seu Mundum purgari diluvio aquarum, quibus Origenes assentitur: *ἴσασι δὲ καὶ Ἕλληνες κατακλυσμῷ ἢ πυρὶ τὴν γῆν κατὰ περιόδους καθαιρομένην ὥς δὲ Πλάτων που οὕτω λέγει: ὅταν δ' οἱ θεοὶ τὴν γῆν ὕδασι καθαίροντες κατακλύζωσιν: οἱ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσιν καὶ τὰ ἑξῆς λεκτέον οὖν, ὅτι ἆρ' ἐὰν μὲν ἐκεῖνοι ταῦτα φάσκωσι, σεμνά ἐστι καὶ λόγου ἄξια τὰ ἐπηγγελμένα, ἐὰν δὲ ἡμεῖς τάδε τινὰ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐπαινούμενα, καὶ αὐτοὶ κατασκευάζωμεν οὐκέτι καλά ἐστι ταῦτα δόγματα; ipsi etiam Græci norunt terram igne aut diluvio certis quibusdam temporum conversionibus purgari; dicit enim alicubi Plato: quando autem dii terram aquis purgantes inducunt diluvium, tunc incolæ montium* &c. *an hæc cum a Græcis dicuntur, pondus & auctoritatem habent, cum autem eadem adserimus, quæ laudant Græci, hoc ipso vilescunt, & nullius sunt pretii hæc placita?* Igitur aut igne aut diluvio punitur Mundus ob peccata; iecirco assumsi similitudinem ex diluvio.

3. *Amianton* &c.) amiantus est quædam species vestis Indica, qua vestitus homo non comburitur igne: hinc Athan. Orat. de incarn. Verbi Dei: *οἷον δὴ λέγεται τὸ παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς ἀμίαντον εἶναι ὁ τῷ λεγομένῳ μὴ πιστεύων, εἰ πεῖραν θελήσειεν λαβεῖν τοῦ λεγομένου πάντως τὸ ἀμίαντον ἐνδυσάμενος, καὶ προσβαλὼν πυρὶ, πιστοῦται λοιπὸν τὴν κατὰ τοῦ πυρὸς ἀσθένειαν quale est quod de indico amianto refertur, quo se ille, qui hoc non credit, circumvestire solet, ut lini ejus inustibilis obtentu experiendo cognoscat flammarum in hac parte imbecillitatem* : & paullo post: *εἰ δέ τις ἐνδιδύσκοι τὴν καλάμην ἀμιάντῳ πολλῷ, ὃ δὴ λέγεται ἀντιπαθὲς εἶναι τοῦ πυρὸς Si quis stipulam copioso amianto vestiat, cujus natura dicitur igni resistere, nihil deinde ignem metuet*. Originatio vero *ἀμιάντου* est ab a privativo & *μιαίνω* violo.

4. *Cataphractus* &c.) cataphractus dicebatur ab antiquis vir undique tectus tegmine lineo ferreis squamis conserto, quod tegmen dicebatur *cataphracta* a *κατα φράσσω armis munio*, qui *cataphractus* a Livio *loricatus* quoque appellatur Lib. XXXV. *Europam, partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim sagittis ex equo utentes*; & appellatur *Clibanarius* a *clibano*, quod erat genus armaturæ ferreæ totum hominem tegentis: hinc in Glossario Nomico legitis: Κλιβανάριοι *ὁλοσίδηροι, κλίβανα γὰρ οἱ Ῥωμαιστὶ σιδηρᾶ καλύμματα καλοῦσι ἀντὶ τοῦ καλυμμάτια.*

RHAP-

RHAPSODIA IV.

ORdia cantabo Divæ vitalia prima,
Quæ fata progenies Jessæo e sanguine prodit;
Ut gremio excipiat Divumque hominumque parentem;
Atque ubi mortali contexit carnis amictu,
Fortunata parens edat sub luminis auras.
Unde sed incipiam? Quæ copia tanta canendi?
Alitis in morem sublimis ad Astra volaro,
Atque audax arcana loco promoro Tonantis:
Tum scrutabor ego qualis sanctissimus olim
Conceptus dederit vitali vescier aura
Diviparæ nostro mortali sanguine cretæ.
Aethereas supero-ne plagas, an amabilis error
Me tenet? At verum est tractus me tendere in altos.
Diva fave, nec fida mihi comes esse recusa.
Jam volo, jam rapior: nam pennæ in corpore natæ 1.
Me super extollunt, liquidumque per aera vectus,
Sisto in vestibulo coeli, cælique volenti
Introgredi portas crepuerunt cardine postes,
Ingressusque patet, celsoque in limine fixus
Picturis dum pasco animum, & spectacula lustro;
Occurrit confestim oculis depicta tabella
Auratis incisa notis, quæ parte sub ima
Pro titulo pendens ita sculptum carmen habebat:
Conceptus series Jessæo e semine natæ.
Sisto gradum, & monimentum ingens mecum ipse voluto
Ordine descriptum, cæptumque ab origine prima;
Namque Deum expictum video, circumque caterva
Stipatum magna superûm sic ore locutum:
Vos o sidereas quæ sedes cumque tenetis,
Accipite hæc, Divæ, atque animis mea figite dicta;

Cer-

Certa mihi ſurgit ſententia ducere proſem
Sanguine ab humano, qua ſit nil pulchrius uſquam;
Cura ſit hæc vobis Divina faceſſera juſſa.
Hæc ubi percurri, mea lumina figere pergo,
Et venit ante oculos primo Sapientia Diva 2.
Mente revolventi ſimilis, doctiſſima porro
Emicat inventrix moduli, modulique magiſtra
Cælati affabre, nec adhuc ſuper æthere noti:
Illa etenim aligerum, illa hominum exemplaria linquit
Formoſos, nullique pares referentia vultus,
Cetera ſeu Terræ, ſeu Cœli animantia ſpectem;
Contemplata Deum immenſo ſed lumine plenum
E tanto archetypo expreſſit nova ſigna decoris,
Deſcripſitque ſuo modulo, & programmate fixo
Aulai in medio Cœli jubet ejus ad inſtar,
Quam velit Omnipotens, effingier Heroinam.
Inſequor hærere obſutu defixus in uno,
Objiciturque mihi ſpectanda Potentia 3. adorſa
E fortunato Annæ utero deducere prolem,
Deſcripſit qualem exemplo divina Repertrix,
Ac properante utraque manu, & virtute miniſtra,
Arte nova, ſtudioſa ipſa, atque operoſa laborat,
Suſceptumque elimat opus, completque politque,
Illud & emiror non enarrabile vati:
Non Judithis enim, Rachelve, Eſtherve decorem,
Non & Cælituum, eſt quamquam pulcherrima pubes,
Sed magni vultum quantum eſt imitabilis, atque
Ora Dei expreſſi contemplor ineſſe labori.
Sic anima eſt etenim Triadis veriſſima imago,
Ut ſi fas ſineret, prognatam hac matre putarem,
Corpus & in morem Lunæ, cui mutua ſolis
Lux datur, effulget divina luce recepta.

Heic

Heic Deus insistit solio, ingentique corona
Cælicolûm cinctus plaudit Pater optimus olli
Artifici, superi & plaudunt, certantque vicissim
Quisque suas quantum potuere effundere vires;
Ante omnes sed jussa Charis dare prodiga curat 4.
Munera, quæ solus pretiosa laborat Olympus;
Inque Anima scite, sciteque in corpore sparsit
Pigmenta, quibus suescunt se pingere Divæ,
Sollemni cum nempe die stant ora supremi
Ante Patris, Sponsique ferunt solamina cordi:
Mox eadem, quasi parva forent, quæ dona dedisset,
Illi operi se se totam donavit habendam:
Nec satis illud habet, similis majora volenti
Hinc atque hinc alias Divas supera alta tenentes
Excitat, & roseo sic ore affarier infit:
Eja agite, & vobis quæ copia suppetit ingens
Donorum, hanc referat Regem paritura supremum
Herois, potior qua dehinc non ulla superstet.
Hæc ubi pauca refert, sacer ilicet advenit ordo
Examen veluti, cum dulcia mella laborat;
Quæque etenim elargitur apum, ut mellaria crescant;
Hinc ubi discurrere illæ per florea rura,
Floribus expressos succos pleno ore ferentes
Maturant una mellito instare labori,
Sic aliæ agglomerant divæ, properantque, studentque,
Cælestem ut reddant subolem, aut cælestibus æquam;
Præsertim accurrit candoris Diva nivalis,
Cui virgo est nomen; nam scriptum in fronte gerebat:
Sum Virgo: afflando vim hæc impertire sueta
Tale decus tantumque inspirat & addit honorem,
Clara sit ut suboles cognomine Virgo futura, 5.
Virgineo ante alias & vernet candida flore;

At-

Atque superveniens olli sociata sodalis
Appellata *Decor Cæli* formosa virago, *6.*
Atque gerens illos vultus illosque colores,
Se quibus adverso decorarat sole superno,
Consummare suum festinat dædala pensum,
Impenditque operam evadat scitissima proles
Osque caputque suum spirans oculosque manusque;
Scilicet illa habeat quantum est pulchrumque venustumque.
At Pater o Cœli, qualem quantumque bonorum
Te cerno hoc opere in tanto gessisse datorem?
Non ea carminibus, vative potentia fandi:
Sit satis hoc fari te pingi in imagine divis
Munificum inspirantem illis mentemque modumque
Effusis interque manus, interque laborem
Thesaurisque, opibusque, & Cœli Divitis arca,
Teque ipsum inspecto, qui vires exseris omnes, *7.*
Ut sit progenies donis potioribus aucta,
Invitasque alias variato munere Divas
Munera muneribus superaddere cetera jussas,
Atque averruncas Orcum, ne sordidus adsit,
Virulenta anima nequando forsitar obsit;
Mox legem indixti, & firmasti ea jura suprema:
Absit fœda lues, animoque & corpore puro
Prodeat e manibus nostris Sanctissima Virgo;
Temet & agnosco, qui spargis more satoris
Nominis ignoti semen, Spes unde, Fidesque
Prodivere, novus prodivit & ignis amoris,
Hoc nato inflammare satæ præcordia prolis,
His munire animum natis & ad æthera ferre;
Postilla e parvo grano, similique sinapis
Surrexit *Virtus* humili de nomine dicta 8.
Indignata cani versu, dicique latine:

Hæc

Hæc immiſſa animo quamquam viliſſima Gnatam
Viribus editior ſublimem ad ſidera tollit;
Cetera virtutum ſuboleſcit copia magna,
Atque immenſa ſeges, quarum innumerabilis ordo
Mortales hebetat viſus; tamen internovi
Progeniem naſci qualem neque candidiorem
Terra tulit, neque deinde feret vertentibus annis;
Edita prodivit mortali e ſanguine ducta
Divipara, Herois lectiſſima, maxima Virgo,
Lucida ceu lampas ſemperque accenſa, nec ullis
Reſtinguenda animis, buccas licet inflet Avernus,
Flamen & emittat connixus corpore toto,
Tota micans Regina velut quæ ſplendeat auro 9.
Obrizo, dextræque adſtet tibi ſponſa futura,
Vincat & Heroas, quot ſecla incana tulerunt, 10.
Vincat & Aligeros nitidiſſima lumina Cœli.
Quid loquor, aut ubi ſum? quæ me dementia adegit?
Vulgavi quicquid manet alta mente repoſtum?
Namque fuit quantum ſtudiique operæque locatum,
Jeſſæo ut trunco erupiſſet amabile germen,
Ablatum eſt oculis, & preſſum nocte profunda.
Si rurſum acceſſo Divina arcana recluſum,
Commeritum magnum me nulla piacula ſolvent.

ANIMADVERSIONES.

1. *JAm volo* &c.) imitor Horatium in ſua metamorphoſi Od. ult. Lib. II.

2. *Sapientia diva* &c.) exprimitur illud cap. 8. Parab. Salom. *Sapientia ædificavit ſibi domum*.

3. *Potentia adorſa* &c.) alluditur ad illud Mariæ in ſuo Cantico: *fecit potentiam in brachio ſuo*.

4. *Sed juſſa Charis* &c.) h. e. *κεχαριτωμένη πολλῶν ἀρετῶν κατακεκοσμημένη gratioſa multis virtutibus exornata* Epiph. l. c.

5. *Cognomine virgo futura*) explicatur id quod ait Chrysost. Hom. LXII. *Δέσποινα ἁγία, καὶ ἀειπάρθενος Domina Sancta, & semper Virgo*, & Hom. CXI. *Θεοτόκος καὶ ἀειπάρθενος Deipara & semper Virgo*, sive id quod Gregentius in disput. cum judæo de B. Virgine dixit vocans *ἀειπαρθένον καὶ Θεοτόκον Μαρίαν semper Virginem & Deiparam Mariam*, & Cæsarius dial. 1. interrog. XX. *ἐκ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας ex semper Virgine Maria*.

6. *Appellata decor Cœli* &c.) alluditur ad illud : *tota pulchra* &c.

7. *Qui vires exseris omnes*) quod Maria explicavit in suo Cantico : *Fecit mihi magna, qui potens est*.

8. *Surrexit virtus* i. humilitas quæ neque latina est eo sensu, neque epico versu cogitur.

9. *Tota micans* &c. alluditur ad illud Ps. 44. v. 10. juxta textum Hebr. נִצְּבָה שֵׁגַל לִימִינְךָ בְּכֶתֶם אוֹפִיר nizba scegal liminca bechetem ophir *astat conjux ad dexteram tuam in auro Ophir sive in massa auri*; ubi animadvertite *Ophir* nomen esse regionis cujusdam Indiæ auri pretiosi ditissimæ 1. Reg. IX. v. 28. quam Josephus lib. 8. cap. 2. dicit olim *Sophirum* nunc *Auream terram* appellari. Inde aurum *Ophir* seu *Ophirum*, unde factum est *obrizum* quasi Ophirizum i. aurum præstantissimum Jobi 22. 24. 1. Par. 29. v. 4.

RHAPSODIA V.

Progenies dilecta Deo, sue cassa paterna,
Surculus humani generis 1. Sanctissimus unus,
Nimirum longe ante alias lectissima Virgo,
Ecce satus incœpta tui Cœlestis origo.
Intumuit, fremuitque, & lapsus gurgite vasto
Aethere ab irriguo erupit, cumuloque feraci
Obruit arentem campum vitalior 2. amnis;
Amnis Virgineo multo turgentior imbre
Virgineum, 3. o Mariamma, tibi meditatus honorem;
Terrestri reditu simul exiit impetrato:
Nempe hic protendit sua brachia natus Olympo,
Delicias allatum uno cælestibus oris,
Fortunatum alio terram, terræque colonos;
Gentis at humanæ vitio non mollibus ira

Ar-

Arrecta ſtimulis accenſo in corde Tonantis,
Retrorſum fluidi curſus ivere beati,
Præripiturque homini vis omnis opima bonorum;
Quandoquidem torrens 4. Jordanis more fugacis;
In tergum quando fluctuque æſtuque receſſit,
Retro fugit, verſoque retro rapido agmine aquarum,
Scandit, ut æthereo refluat revolubilis alveo,
Infertque, immiſcetque, atque undas aggerat undis
Miſſus in alterius ripas alienaque cloſtra.
Interea quantum tellus ſitit indiga roris,
Cœleſtem tantum tumefactum cernimus amnem,
Qui magis immenſus, quo ſepta diutius arctant,
Ingeminat vires cum curſu & vortice magno,
Obſtanteſque obices hic luctabundus adurget,
Exſilit hic, ſurgenſque ferit ſublimior aſtra;
Vim magnam magnis neque quando viribus exit;
Humanæ ſtirpis donec te gemma tuliſſet,
Sancta o Progenies telluris Filia noſtræ;
Tunc ejectantis ritu tumida æquora Ponti
Irriguum cælum ſaturavit ſemina prima,
Ex quibus in ſubolem aſſurrexes clara propago:
Nam Deus accipiens mentemque animumque benignum
Emovet oppoſitas moles cæleſtis aquai,
Ac laxat robuſta repagula, apertaque clauſtra
Divinam pluviam reddunt: ea copia lapſu
Excurrit celeri, tenuemque per aëra victrix
Cogitur 5. una omnis, ſeque in ſe colligit, atque
Continuo complet, terramque intercipit illam,
Eſt ubi principium tibi radix ſancta datura,
Scilicet Anna parens, cujus gemmabis in alvo.
Hæc tellus olli ſimilis, quam Sirius arſit,
Ore bibax avido quantum eſt rimoſa ſatiſcit,

 Im-

Immensoque instar satiantis viscera potu
Haurit inexpletum, magnoque resorbet hiatu
Diluviem emissam longo post tempore stagno.
Mater enim madefacta tumet, perfusaque prorsum
Fert uterum Cœlo plenum, fluvioque scatentem,
Insita cujus agit vis intus, aliteque, fovetque,
Seminaque ad florem, quo non præstantior, aptat,
Qui fuat ætheteo tanto dignissimus imbre;
Et fuit, exoreris quando pulcherrima Virgo;
Qualis enim alipotens, Cœli decus, inclyta proles
Surgis, & exsertum caput inter sidera condis
Et chariti plena, & sanctis lætissima donis.
Exhilaravit enim te Fluminis impetus Urbem
Divinam veluti: fueras nonne urbis adinstar,
Si Cœli late Regem tua viscera claudunt?

ANIMADVERSIONES.

1. S*Anctissimus*) dicitur Virgo Sanctissima ex Epiph. de Laudibus Virginis Mariæ; *ὦ παναγία παρθένε ἡ στρατιὰς ἀγγέλων ξενίσασα o Sanctissima Virgo, quæ exercitus Angelorum deduxisti*.

2. *Amnis* &c.) alluditur ad illud Psalm. 45. v. 4. *fluminis impetus lætificat Civitatem Dei*. Esse vero testantur aquas in Cælo iis, qui שָׁמַיִם *Scamaim Cælum* derivatum volunt vel ex שָׁם *scam illic*, & מַיִם *maim aquæ*, nimirum quia sunt illic aquæ, vel ex שָׁאָה *scaa stupere* (ut in Hitphael significat) & מַיִם *maim aquæ*, quod stupendo modo aquæ illic hæreant suspensæ. Enimvero Cyril. Hierosol. Catech. IX. §. V. dicit; *καὶ βλεπέτω τοῦ Θεοῦ τὴν πάνσοφον δημιουργίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἦν ὑδάτων χρεία μελλούσης τῆς γῆς γεωργεῖσθαι, ὑδατώδη κατεσκεύασεν ὑπέρανω τὸν οὐρανὸν κ. τ. Sapientissimam quoque Dei in condendo dispositionem consideret. Nam cum aquis opus esset terræ in posterum exercendæ, aquosum in sublimi comparavit Cælum* &c.

3. *O Marianna*) Fateor equidem Mariæ nomen Hebræum fuisse מִרְיָם *miriam*, quo nomine donata fuit soror Mosis; Sed posteriores Hebræos more Syro מַרְיָם *Mariam* extulisse; hinc Μαριάμ sæpius apud

Lu-

Lucam invenietis. Cum vero nulla Græca vox in μ terminetur, adeoque omnia in μ sint ἄκλιτα, formam Græci nominis ac declinationis accipere possunt aut detractione aut additamento: additamento usus est Josephus, qui hoc nomen ita effert Μαριάμμη, unde natum est meum Μαριάμμα, detractione Lucas, & Matthæi interpres, qui ubi variare suis casibus hoc nomen volunt, scribunt Μαρία, Μαρίας.

4. *Jordanis* &c. de Jordane refluo videte Ps. 103. v. 5. *Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Jordanis quia conversus es retrorsum*, sive ut habet lectio Heb. *quid tibi jarden quod divertisti*.

5. *Cogitur una omnis.* &c.) pluviam uni parti terræ emissam videte Deuter. XI.

6. *Et Chariti plena* &c.) i. κεχαριτωμένη, de cujus explicatione perlegite Athan. & Epiphan. in II. Rhaps. sæpius a me citat.

RHAPSODIA VI.

Quæ nova calliditas calci insidiarier hostis,
Quam petis, ut perimas mortali vulnere victam?
Corporis extrema fueris nam parte potitus;
Adveniet fortasse tibi victoria læta?
Ocee, ejus faciem adversus i., pectusve ferito,
Aut cohibeto manum, ne tractet fortiter arma:
Ars fuit hæc belli, hunc didicit tirunculus usum
Victor ab incerta cupidus discedere pugna.
Mos unde hic ergo in calcem sævire? doceto.
Tute taces, celasque tuas fraudesque dolosque,
Supplicium quorum capitale suisse gemiscis?
Vin' tua pernicies lateat turpissima dictu?
O veterator, ego, qualem mereare, rubore
Ut te suffundam, famoso carmine pando.
Scilicet acer, atrox, atque implacabilis ira
Emersisti Erebo, ut certamen grande parares.
Incassum; insurrexis enim adversaria Virgo.
Visu adeo horribili, visu pugnaret ut ipso,
Cui caput est tectum galea haud penetrabile telis,

Pe-

Pectus obarmatum lorica, quæ arceat ictus;
Dextera fulminea, ac varias latura ruinas;
Secura illa omnis clypeo, pugnaxque minaxque
Arma gerit, divina Charis quibus induit ipsam.
Hinc exsternatum imbellem te retro rejecit,
Fugeris ut pugnam extrema ad conamina versus;
Insidiis certasti etenim, calcemque petisti
Supplantare ratus, rueret jesseia pessum
Unde ea progenies; furto sic illius esses
Aversus victor. Demens! Fortissima Virgo
Hunc etiam victura fuit generosius astum;
Te dejecit enim, dein icto tempore utroque
Calcibus excussit cerebrum, cruor undique rivis
Fluxit, & ipse jaces vitam expirantis adinstar
Porrectus, 2 querulo lessu quem plorat Avernus.
Interea tanti casus ut fama maneret,
Sublato trunco, atque tuis insignibus aucto
Hoc carmen Divina manus descripsit in illo:
Occidit heic Orcus, cui cornua femina fregit.
Huncine probrosum casum celare volebas?
Discat posteritas quantum defeceris ipse,
Quanto te potior fuerit 3. Davidica Gnata,
Quod volo perpetuo veniens narretur in ævum;
Te magis ut pudeat, magis illam gloria claret.

ANIMADVERSIONES.

1. ALluditur ad illud Cæsaris in prælio pharsalico adhortantis: *Miles faciem feri*: videre Flor. IV. 2. Unde Torquatus Tassus in Cant. IX. Stroph. 47. inducit Goffredum ita suos milites increpantem:

Vi caccia un vile stuol, che le ferite
Nè ricever, nè dar sa nella faccia.

2. *Querulo lessu*: Scio *lessum* esse femineam lamentationem, sive illam, quam Hor. Epod. IV. prope finem appellat *non Virilem ejulatio-*

tionem ; Enimvero ejulabant præficæ, earumque ejulatus dicebatur *lessus* ; nihilominus ego tribuo Averno in Plutonis occaſu ob contem um.

3. *Davidica gnata* ; namque Maria dicitur ab Athan. in orat. *Filia David & Abraha*, ut in II. Lib. Epigram. Epig. II. videbitis.

RHAPSODIA VII.

Diſpereat ſiquando velit te dicere vates
Non evaſſe luem, quæ late tabida ſerpit,
Humanaque olim concreta ab origine prima
Polluit & patres, & qui naſcuntur ab illis:
Eſto o Diviparens; letali e fonte paterno
Comb beris virus, cum primos ſcilicet hauſtus
In materno utero vitalis traxeris auræ:
Siccine quid fieret? Non illa Virago fuiſſes
Virgineo candore omnes terræque colonos
Cælique exſuperans, ſolique ſecunda Tonanti;
Conceptus quicunque tuo foret æquiparandus;
Eſſet in ambiguo Zachareo e ſanguine natus,
Threnologus vates, aliique parentis ab alvo
Heroes nati de Virginitatis honore
Decedant-ne tibi, litem-ne intendere malint,
Aequali cum ſorte quibus ſemel ipſa fuiſſes.
Hinc ita ab humano te ductam e ſanguine teſtor,
Ut muliebre secus 1. ſuperes, ſupereſque virile,
O neque contactu immundo fœdata parumper,
Unaque progenies ſuſcepta e ſemine ſancto,
Cui quanto in reliquum vitæ mage gloria crevit,
Vitalis tanto datus eſt vitalior ortus.
Hinc luis immunes alii, quia deinde piati,
Cum luis immunis fueris nequando pieris.

ANI-

ANIMADVERSIONES:

1. CAvete intelligaris *secus aliter* aut *contra*; hic enim nomen est significans sexum, ut Sallust. Lib. II. Hist. *undique virile ac muliebre secus per vias . . . visebantur*; Auson. Idyll. II. v. 8. *Vesta*, *Ceres*, *& Juno*, *secus muliebre*, *sorores*; & Arnob. lib. 5. *secus femineum*.

RHAPSODIA VIII.

EVitasse cano, te magna Virago, venenum,
Quod contra evomuit Coluber virosus Averni
Momento, in vulva quo conciperere Parentis;
Qui fieri hoc potuit, paucis (succurre) docebo.
In Phlegetontei secreta parte barathri
Arte nova molitus erat Stygialis Echidnus
Atra venena, quibus flatuque ictuque tremendus
Appeteret Subolem Jessæo sanguine cretam,
Cum Pater Omnipotens, cui cordi est tanta propago,
Nube sedens, fraudemque ejus despectat & astum,
Atque indignanti similis, similisque minanti
Hæc fatur: viro-ne Erebum vitiare futuram
Diviparam patiar? Sed faxo decidat exspes,
Dejectusque dolis, frustratus & effera cœpta.
Sic ait, atque herbam ferulæ certare volentem
Erectam culmo cœlesti carpit ab horto,
Nomine Grajugenæ quam dicunt elaphoboscon, 1.
Carpit & abrotonum 2, styracemque utramque comantem
Puberibus foliis; sevit coluitque Tonantis
Has manus, & collegit ubi, Deus ipse laborat,
Succisque expressis, foliisque & stipite tunsis,
Immixtisque una, subterque supraque volutis
Pharmacon effingit, crustum quod edule referret;
Mandebatur enim; pars cujus Diviparentis

Ro-

Roborat una animum, pars roborat altera corpus;
Sic Suboles expleta nova dape fundit odorem,
Quo prohibere queat flatus graveolentis Averni,
Quoque abigat, porro noceant ne dira venena;
Mox Deus ore tonat, viresque in pectore firmat:
O Proles mihi cara, meum depasta laborem,
Heroina, animo sta certo; eris ipsa futura
Aemula 3. Pardalidos, quæ postquam edormiit escam,
Hiscit, & exhalat, flatusque emittit odoros,
Quos simul olfaciunt animantia cetera terræ,
Nil anima emissa nari est jucundius illis;
Olfaciat ne forte suis Draco naribus ipsam,
Diffugit, terræque cavo se texit in imo;
Sic Draco subternus te late horrescet olentem,
Teque cavens caveæ infernæ volvetur in antro,
Omne genus mortale suo dum turpis odore.
Dixit; at actutum prorupit Echidnus ab Orco
Ore uteroque gravis, pestemque inferre paratus,
Qui simul atque intra jactum stetit, ilicet omnis
Turgescit, 4. vastoque suo in pulmone receptat
Respirans immensam animam; dein oris hiatu
Immani eructans reicit de gutture pleno
Putentem fumum, viroque ac tabe scatentem,
Qui rotat, ac trepidat, lateque per aëra fertur,
Absconditque diem, atque altum caligine Cælum
Conditur in tenebras, dein tabidus ingruit imber,
Quo mersum muliebre genus, mersumque virile
Disperiit; superat Maria immersabilis una;
Quandoquidem vomita illuvies aufugit ab illa;
Expirabat enim unde unde immortale Virago,
Nec dabat accessum pesti. Præsensit ubi ille,
Cominus accessit; sed rejectare volenti

Relliquias stomachi saturi luis atque veneni
Deficiunt vires: omnis palletque tremitque,
Semianimisque hæret: quam toto corpore spirat
Suaveolens Suboles cura dignata Tonantis
Obstupefecit eum contraria copia odora;
Qui sese collegit ubi, sensusque recepit,
Ingemuit falli, stridensque ululansque caduco
Assimilis, pessumque dato sub Tartara fugit,
Ne forsan pejora foret perpessus ab illa.

ANIMADVERSIONES.

1. *ELaphoboscon* est herba contraria serpentinis venenis. Quamobrem testibus Dioscoride Lib. III. cap. 80. & Plin. Lib. XXII. cap. 22. ubi cervus ad bellum anguibus inferendum sese accingit, *Elaphobosco* pascitur, eoque munitus serpentibus resistit.

2. *Carpit & abrotonum Styracemque* &c.) nimirum refert Epiphan. Lib. II. adv. Hær. XXXI. sive L. §. II. ἐκάρωσε τοίνυν τούτους τὸ ἅγιον θυμίαμα τοῦ στύρακος, καὶ παραιτοῦνται τούτου τὴν ὀδμὴν καὶ τοῦ ἀβροτόνου, ἤτουν λιβανίτιδος ἡ δύναμις κατ' αὐτοῦ τοῦ ὄφεως ἐπιφύσασα, καὶ ἐπάνω τοῦ φωλεοῦ αὐτοῦ ἐμβλαστήσασα *quin etiam sancto Styracis nidore sopiuntur (serpentes) cujus odorem fugiunt, ut & abrotoni sive libanitidis vim, si supra serpentis latibulum consita fuerit, atque pullularit.*

3. *De Panthera refert* Ser Brunetri Latini Tes. 5. 60.: Pantera è una bestia taccata di picciole tacche bianche e nere, siccome piccoli occhi, ed è amica di tutti animali salvo del dragone, e la sua natura si è, che quando ella ha presa sua vivanda, si entra nel luogo della sua abitazione, e addormentatasi dorme tre dì, e poi si lieva, ed apre la sua bocca, e fiata sì dolcemente, che le bestie tutte, che sentono quell' odore traggono dinanzi a lei; se non il dragone, che per paura entra sotto terra, perchè sa bene, che morire gliene conviene.

4. Ubi nos Cap. III. Gen. v. 15. legimus: *& tu insidiaberis* &c. alii legunt *sufflabis* deducentes תְּשׁוּפֶנּוּ tescupennu a נָשַׁף nascaph *flavit, sufflavit*: huc ego alludens induco tartareum serpentem sufflantem in Mariam.

RHAP-

RHAPSODIA IX.

Dedicatio carminum. Arcadiæ Divo Nicolao Tolentino.

ARcadiæ nostræ quæsivimus ante patronos
Egregios virtute viros, & honoribus auctos,
Quos tamen heroas claravit gloria terræ,
Horna sed hæc melior sedit sententia menti
Exoptare unum divorum ex ordine celso
Insertum stellis, cui Cæli gloria cessit,
Cuique dicaremus nostrum hunc quemcumque libellum
Nimirum magnum, quia Jesse sanguine cretam
Collaudat Mariam primi sine labe parentis.
Ut decus hoc magnum est, sic magnus oportuit auspex,
Jessigenæ qui solda facit præconia nostra,
Ingeniisque favet, vires & versibus addit.
Quem-ne vocaremus, nisi te, Nicolae, decusque,
Præsidium & nostrum, tutelaque totius Orbis
Christiadum, suetumque in vota precesque vocari,
Quæ bonus exaudis? Igitur te, Dive, patronum
Accitum volumus præsentem ad carmina nostra,
Quæ quamvis fuerint rudia, atque incondita quamvis,
Læta tuo oblectant tutamine valdius æquo,
Diviparæque satus felicius orsa celebrant.

RHAPSODIA X.

Dedicatio Divo Augustino.

AUgustine, tibi nos carmina jure dicamus
Nostra hæc Jessææ celebrantia Virginis ortum,

Primorum quæ labe patrum sub luminis auras
Exiit immunis. Meliorem optare patronum
Fortassis te quimus enim, cui sola tot inter
Egregios virtute viros magnosque piosque
Illa fuit longe ante omnes, quos terra dedisset,
Quosque dehinc partu dederit volventibus annis,
Virginibus candore suo præcellere visa?
Quocirca sensti: *Siquando quæstio fiat*
Peccati, rogitanti ultro concesseris ipse
Femineum periisse genus, periisse virile,
Exceptam vero *Mariam* defenderis unam
Hac lege indicta: *volo nil de Virgine quæri*.
Tantum sancta fuit Subolem paritura Tonantis
Tartarei sub turpe jugum non missa tyranni.
Quæ signasti ergo ingressis vestigia nobis
Hanc canere est animus, modo sis patronus & auspex
Ac vim sufficias præconia digna canendi.

RHAPSODIA XI.

Dedicatio D. Aloysio Ruffo Archiepiscopo Cardinali Neapolitano.

UT tuus his nostris vultus resplenduit oris,
Te quando advexit sublimem Gloria curru,
Parthenopæque datum voluit pro munere patrem,
Virtutes, o Ruffe, tuas mecum ipse revolvi,
Et mirum ante oculos quæ sint spectacula visa!
Divini ecce etenim humanique Scientia juris
Occurrit, qua cuncta meres præconia laudum;
Maxima Calliditas sequitur de rebus agundis,
Cujus fama canit te non æquarier ulli;

Ex-

Excipit has vitæ Integritas ſanctiſſima ab ungui
Jam tenero numero ingenti ſtipata ſororum
Innocuum victum tibi præſcripſiſſe docentûm.
Quocirca his viſis te magnum Heroa celebro,
Qui volo tutela Arcadiæ ſis maxima noſtræ;
Unde tibi ſacro prorſam, ſacroque Camœnas
Cantantes MARIÆ primorum labe carentis
Conceptum patrum; noſter ſis ergo patronus.
Ecquod opus majus, ſi lumine reſpicis æquo?

RHAPSODIA XII.

In obitu D. Alonſi Sanges de Luna Ducis Asellarum.

Ὢ πόποι ὦ Ἄλονζ' ου μοιρας ἶφι ἀνάσσεις;
Ἀλλα δύνῃ: ουκουν πολεμίζειν ἠδε μάχεσθαι
Ὄισθα νόμοος; ἀρέτη τ' η ουκ Αιδι προιαψεν
Ιφθιμους ψυχας, δω σοι κλυτα τευχεα πολλα.
Ουκ εθελεις, τοι γαρ μειζων ει μοιρα κραταιη,
Ωσε σε πριν τιμηντα σεφη κλεος ουρανιωνων.

Eheu, Alonſe, jaces, quin Parcæ exiveris ictum!
At poteras. Nonne & leges præceptaque Martis
Callueras? Immo & Virtus, quæ vindicat armis
Perſephones Heroas, erat tibi tela datura.
Detrectaſti: etenim melior fortuna dabatur.
Quippe coronaſſet ſat honoris gloria ditem.

RHAPSODIA XIII.

Ad D. Vincentium Ambrosium Comitem Galdi.

Vincenti, virtute aliis dulcissime rerum,
Sed mihi non dulcis, medicoque insuavior haustu.
Si non corrugas frontem, neque ringeris, ipse
Fabor te movisse mihi fastidia, eo quod
Versibus Italicis misisti epigramma Latinas
Vertendum in voces, quod verterat unus & alter
Nostratum vatum, queis cum contendere nolens
Quis melior pejor-ne, tibi parere negavi. At
Panxi epigramma aliud, quo tu contentus abisses!
Scribis epistolium repetens mandata priora, ut
Quæ semel abnueram, acciperem, & multa prece cogas
Invitum. Scin' enim quot magna negotia cœpto
Absterrent? Docuit Nasonis musa Poetæ:
Carmina secessum scribentis & otia quærunt:
Otia quæ sperem tanto in discrimine rerum?
Quis mihi secessus, qui poscor lucis ad umbram
A jubare exorto, neque respirare potestas?
O utinam redeant anni, quibus ante trahebam
Devotam vitam musis; epos ipse dedissem,
Biscentum aut elegos, aut hendecasyllaba mille,
Atque epigramma tuum in versus Græcosque, Latinosque,
Ac transferrem etiam in Sanctæ modulamina Linguæ:
Nunc nihil invitas conscribillare valentem, &
Conscribillantem sine nervis respuit auris,
Non secus ac fuerim furcillis forte fugatus
Musarum præceps Parnassi e vertice montis.
Quid fit? detrectare nefas: cantemus oportet
Nostrorum quia connubialia gaudia regum,
Accipe inornatam quamcumque periphrasin, atque
Vulcani dignam flammis ardentis aduri. E-

EPIGRAMMA ITALICUM:

ITe, o ſplendidi Spoſi, e inſiem di Fede,
Di concordia e di amor ſtretti vi unite,
In gloria entrambi ed in virtù fiorite,
Nè rio genio tra voi drizzi mai piede.
Nel chiedervi talun premj e mercede
Vi ſcorga ognor placido il ciglio e mite;
E le voſtre bell'alme al Ciel gradite
Di bontà ſempre e di valor ſian ſede.
Odiate gli empj, amate i ſaggi el vero
Vi guidi, e il giuſto in ogni egregia impreſa;
Che un ardor ſcuopra in voi pronto e ſincero
L'uom ſiavi caro e Dio, nè ad altri offeſa
Per voi ſi rechi, onde fra un lieto impero
Vi orni anche prole in germi eterni eſteſa.

RHAPSODIA XIV.

PERIPHRASIS.

COnnubio ſtabili junxit Deus æthere ab alto
Te, Franciſce Heros, te Clementina Virago;
Quandoquidem reges ſunt maxima cura Tonantis,
Præcipue voſmet donis potioribus aucti,
Digni propterea, Omnipotens quibus annuat æquus,
Scilicet in gremio pleno pluat imbre bonorum,
Non ſecus & Cælum foret omne in munera fuſum.
Creditis? Ecce mihi ante oculos, qui fronte ſerenus,
Qualis & æthereas turmas beat, incipit ore:
Eſto par Regum Reges longe ante beatum:
Veſtro etenim interiori animo decora inſita ſunto,

In-

Intemerata Fides Regali fœdere pacta,
Huic lateri conjuncta comes Concordia firma;
Proximus his fincerus Amor, quo fanctior alter
Non fuat, & fancte qui vincla jugalia fervet.
Nec dandi heic finis: fit faxo vivida Virtus,
Clara triumphali quam ducat Gloria curru
Ordine cum longo mediam ftipante fororum.
Interea vero, quos auget copia tanta,
Vos haurite animis: donatus uterque renides;
Poplicolas quia fama volo canat ore fonoro
Juftitiæ Reges formatos voce magiftræ
Hac lege, ut quando laturus præmia pofcet,
Sentiat edoctus quanta Indulgentia nempe,
Quantaque condecoret Clementia pectoris ima;
Supplicio commiffa luat vitiofa lubido
In vetitum præceps, rectique æquique tenaces
Confpicui capita alta ferant, & honore corufcent;
Nec fatis hoc efto: præcepta capeffite porro;
In populos fit fcalptus amor præcordia circum,
Crefcitis ut quantum ætate, hoc crefcatis amore,
Qui dein efficiat prorfum difcrimine nullo
Caftigent recti momenta fagacia veftris
In manibus trutinam; procul efto mentis iniquæ
Examen pravum, nequa querimonia cujus
Muffitet offenfæ. Sic juffo. Ea mente tenentes
Addite quod tandem majus: Sperate Tonantem
Poftmodo fpondentem felicia Regna futura.

Hæc Pater Omnipotens, hæc omina talia pando;
Vos agite, o Lecti, & veftras exporgite frontes
Alite non lætas, non ofcine, at aufpice Summo
Numine, quo vere vobis licet effe beatos.

Pro

RHAPSODIA XV.

Pro reditu FERDINANDI IV. Regis utriusque Siciliæ.

FERNANDI, o quicunque paras celebrare triumphos;
Negligito cantare illos ex hoste relatos,
Ejus & iccirco porrectum nomen ad oras
Extremas orbis terræ populosque remotos.
Est ea militibus communis gloria, quorum
Virtute ille potens vicit tellure marique.
Deportatum alium majori laude triumphum,
Scilicet ex animis nostris, celebrare memento;
Unius hæc ejus victoria, adorea & una;
Paullatim subrepsit enim præcordia ad ima,
Mox adeo sese jactat duce & auspice amore
Pectoribus nostris late dominarier ille,
Ut nos sponte animas in aperta pericula pugnæ
Misimus, donec reditus foret impetratus
Carior hoc nobis, quia nostro sanguine constat.

RHAPSODIA XVI.

Ad Effigiem D. Bernardi Carobene Hebdomadarii Aversanæ Cathedralis Ecclesiæ defuncti.

BErnardus Carobene fui vilissimus unus;
Unde Deo placui: hine teneo pro munere Cœlum.

RHAPSODIA XVII.

Ad D. Antonium Malvasium Parochum S. Andreæ pro excursione in Lib. de Canonicorum Cathedralium Juribus ac Muneribus.

Quæcumque, Antoni, chartis illeveris hisce,
Attento percurri oculo, trutinaque severa
Pensavi, primos versus meditatus & imos,
Difficile & dictu est quantum scripta omnia recto
Stent talo, & quantas laudes mereantur utroque
Pollice, Lectori sit quidnam displiciturum?
Ordo fortassis? conaris callidus arte,
Quæque locata suis in sedibus ut jaceat res;
Eloquium? Latii loqueris sermone meraco:
Lingua loquax? clarus simul & brevis esse laboras;
Quid tandem? Canonum-ne inscitia? nominis audis
Vir multi interpres Canonum fidusque magister.
Hoc opus ergo tuum quo puncto digner? Ad hæc si
Jungam ea præsertim, quibus hoc mage nobile fiat;
Nimirum quibus amissas reparare vales res,
Erigere & Parochos alioqui dispereuntes.
Doctus enim doctam promis de jure querelam, &
Caussaris partem nostri abstraxisse peculi
Hactenus intacti, propriamque petisse sui ceu
Mancupii factam Scriptorem nempe libelli,
Quem petis *excurrens*, ut quod rapuit, repetas mox
Prolatis tabulis, & certis testibus usus;
Atque adeo caussam exsudas, litemque peroras,
Rursus ut integro videamur jure potiti:
Tanta opus, o bone, cælasti ingeniosius arte. Hinc
Macte tua virtute, omnes iteramus ovantes,

Vin-

Vindiciis latis ut victorum genus. Atqui
Addemus potiora etiam præconia laudum,
Dum te suspicimus, qui contra dicta refellis
Totus in hoc, restent obstantia nequa Parœcis.
Unde innutritus studiis, ac mente sagaci, &
Præceptis Sophiæ multis magnisque madenti
Rimaris rerum monimenta arcana volutans,
Ac veri vindex convincis crimine falsi
Argumenta tenet quæcunque infarta libellus.
Quid Scriptor? rejectus abivit non aliter quam
Sorte sua haud contenta atque ambitiosa volucris;
Hæc est, quæ plumas pavonibus abstulit; in spem
Hanc arrepsit enim spectacula pandere rapto,
Qualia nequaquam proprii potuere colores;
Quorsum at consilium malesanum mentis iniquæ?
Novit ubi custos, rigidusque satelles honoris
Grex avium, insurrexit atrox, petiitque dolosam, &
Decrevit rostris *alienum restituiri*.
Sic male mulcata effugit cornicula & exspes;
Hæc ab eo vero non multum abludit imago,
Qui jura, & decora, & nostros tentavit honores;
Quamvis hic autem discessit amiculus, atque
Comiter exceptus, neque verbo carptus ab ullo;
Obsequio grassaris enim non verbere linguæ,
Accedat quo major honos operique tibique,
Qui non invidia, sed veri scribis amore.

LIBER II.

Epigrammatωn Elegωn ;

I.

In honorem BB. Mariæ Immaculatæ in Conceptu.

FElix heu nimium Virgo! nam stactis adinstar (a)
Halarunt vitæ flamina prima tuæ.
Hinc fine (quippe tui fuerat prænuntia smyrna) (b)
Huic oluisse pari te ratione canam.
Cum nempe in subolem surgebas, semina stirpis
Vis fovit vivax, mox aluitque Deus;
Unde tui integritas vernavit dia decoris,
Arcuerit virus quæ capitale patrum;
Exin cassa luis felix erupit odoris
Copia vitali munere tota scatens:
Hæc tibi divinos & abunde afflavit honores,
Hæc potuit (c) quantum suaveolere, dedit.
Hinc incœpta satus divinitus orsa celebro,
Ceu tua dos esset, Virgo quod una fores.

ANIMADVERSIONES.

(a) Stactis i. guttæ odoriferæ, interprete Orig. in cap. I. v. 12. Cantic. Hom. II v. 3. qui ubi in vulgata legitur: *fasciculus myrrhæ* &c. reponit: *fasciculus stactes i. guttæ sive stillæ*: deinde subdit: *guttam unguenti, casiam, galbanum in Exodo legimus præcepto domini in thymiama . . . . confectum.*

(b) Alluditur ad v. 9. Ps. XLIV. qui l. c. ab Orig. ita legitur: *myrrha & stilla & casia a vestimentis tuis a domibus elephantinis, ex quibus lætificaverunt te Filiæ regum in honore tuo:* quo textu probatur ab eo *odor stillæ.*

(c) *Divinitus*: quia ex hoc textu Ps. a me Mariæ tributo demonstratur ab Orig l. c. unctio nostri Servatoris J. C.

II.

II.

Idem argumentum.

Progenies Jacobea (David nam filia qualis (*a*)
E Jacobeo femine nata meres.
Progenies audire) rogo, quo docta magistro
Jacob, anne Deo nunc Phlegetonta petis,
Insolitoque modo pugnax pede comprimis illum,
Illius elidis comminuisque caput?
Prævaluit Jacobus enim virtute pedestri (*b*),
Fratre suo natus quo foret ipse prior;
Prævaluitque etiam luctatus robore tanto (*c*),
Ut Cæli Aligerum vicerit arte pedis.
Hujus at exempli virtus quid proficit Orcum
Vincere? nullus homo dux tuus ergo fuit.
Te Deus at pulchre instruxit, sanctaque sagina
Pavit, vi cujus fortior hoste tuo es.
Hinc abeant exempla patrum, humanique magistri;
Informaris enim robore posse Dei;
Et jactet valuisse Jacob pedis impete ab ortu;
A conceptu ipso te valuisse canam.

ANIMADVERSIONES.

(a) Ab Athan. in Orat. de Sanctissima Deipara dicitur Maria filia David & Abrahæ: *καὶ δὴ ἄκουσον θύγατερ Δαβὶδ καὶ Ἀβραὰμ* *audi filia David & Abrahæ*: Porro Abraham genuit Isaac, Isaac Jacob &c. & ex hac linea descendit David.

(b) Quod Jacob in nativitate supplantarit Esau fratrem suum, videte cap. XXV. Gen. v. 25.

(c) Quod prævaluerit Jacobus Angelo, legite Cap. XXXII. Gen. v. 25. quæ omnia ita expressit hebraice Osee Cap. XII. v. 3. *in utero supplantavit fratrem suum, & fortitudine sua prævaluit Angelo*:

בַּבֶּטֶן עָקַב אֶת אָחִיו וּבְאוֹנוֹ שָׂרָה אֶת אֱלֹהִים׃

III.

III.

Idem argumentum.

QUalis diluvies effuſa ex æthere verſo
   In pluviam, merſum qua fuit omne caput;
Obruta qua tellus ſenſit gemebunda ruinas,
   Funditus emotæ cum cecidere domus,
Occiduo montes cum vertice, & alta natarunt
   Culmina tectorum gurgite victa novo,
Talis colluvies emerſa Acheronte refuſo
   Incubuit terris exitiale malum,
Corripuitque homines, & funere merſit acerbo;
   Exceptura foret quin aliquando virum.
Nam veluti montes ſteterint virtutibus aucti (*a*);
   Venturum vates qui cecinere Deum;
Ceu turres tulerint priſci capita alta parentes,
   Progenies quorum e ſemine Dia foret;
Biſſeni heroes manus electiſſima Jeſu
   Firmati fuerint ut ſtabilita domus:
Hos una exitio demerſos ſubruit omnes
   Unda, Acherontei quam vomuere lacus:
Debuit integram ſed linquere Diviparentem
   Non potis in fundo volvere fœda lues,
Non ſecus atque Arcam Noachi merſare profundo haud
   Debuit, haud potuit diluvialis hyems;
Ergo pares ambæ? ſervavit at altera homullos,
   Altera concepit, quam colat omnis homo,
Scilicet Æterno Subolem cum Patre coæquam,
   Humanam fuerat quæ miſerata vicem;
Hinc mirum quanto felicior ultima prima
   Colluviei expers & ſimul arca Dei (*b*).

ANIMADVERSIONES.

(a) Exprimitur sententia S. Ildephonsi Archiepiscopi Tolosani : *constat eam ab ipso peccato originali fuisse immunem , per quam non solum Hevæ matris est delata maledictio , verum etiam omnibus condonatur benedictio , quod quidem prætendebat Arca illa jussu domini a Noe fabricata , quæ aquis diluvii universam terram , & altissimos montes supergressis supernatans ferebatur in sublime . Audis litteram ; audi nunc mysticam intelligentiam : Arca est Virgo Maria , per quam genus humanum a damnationis æternæ diluvio liberatum est : quamvis igitur Sancti Patriarchæ , Prophetæ , Apostoli , tamquam montes excelsi virtute ac sanctitate vitæ obruti sint aquis & inundatione peccati originalis , ipsa tamen Arca nostra universos montes illos supergressa ferebatur etiam in ipso conceptionis initio in sublime puritatis , nec est immersa huic voragini peccati originalis : quare de ipsa non absurde dicitur : Multæ filiæ congregaverunt divitias ; tu supergressa es universas ; quia cum iis omnibus virtutum ornamentis cumulatam immunitatem insuper originalis contagionis in conceptu habuisti , a qua ceteræ non sunt exemtæ .*

(*b*) Ita ab Athan. in Orat. de Sanctissima Deipara applauditur : *τῇ κεχαριτωμένῃ . . . κιβωτῷ τοῦ ἁγιάσματος gratiosæ . . . arca sanctuarii.*

IV.

Idem argumentum .

Excipit alta domus cælesti in sede Tonantem , &
 Olli nil labis rentur inesse Sophi ;
Diviparam porro Superumque hominumque Satorem
 Excipientem utero non sine labe rear ? (*a*)
Non fert hoc pietas , non fert Sapientia dia ,
 Non fert & Mariæ Virginitatis honos .
Ergo ita concludam : pura illa & lucida qualis
 Nimirum sedes altera facta Dei .

ANIMADVERSIONES.

(a) Comparo Mariam cum Cælo ex Epiphanio de Laudibus Virginis Mariæ, qui sæpe Mariam Cælum appellat : *Ἄννα οὐρανὸν . . . ἔτικε, τὴν ἁγίαν κόρην Μαρίαν : αὕτη γὰρ οὐρανὸς . . . εὑρίσκεται Anna Cælum . . . peperit sanctam puellam Mariam : hæc enim Cælum . . . in-*

invenitur : & paullo poſt : χάιρε κεχαριτωμένη : ο λαμπρὸς ὀυρανὸς ἡ τὸν ἀχώρητον ἐν ὀυρανοῖς ἐχουσα Θεὸν *ave gratia plena : lucidum Cœlum incomprehenſum in Cœlis continens Deum*.

V.

Idem argumentum.

SI licuit Vati, liceat cum ſegmine chartæ
Te mihi, Diviparens, æquiparare novæ,
Nempe nec inſcriptæ calamo, nec labe lituræ
Fœdatæ, qualem in fronte volumen habet
Præcipuam Libri, ſontes ubi ſcribit in omnes
Dextra Dei læſi crimine theta nigrum.
Huic igitur magnæ, mundæque novæque papyro
Dicere fert animus, Maxima Virgo, parem;
Ut te deſcribam, quæ non damnata fuiſti;
Es quia Diva parens, es quia labe carens.

ANIMADVERSIONES.

NImirum Epiphan. Lib. I. tom. II. Hær. XXX. §. XXX. nos a Maria diſtinguit ita, ut de nobis dictum velit illud Pſalm. 138. *in libro tuo omnes ſcribentur* : de Maria vero verſ. primum cap. VIII. Eſajæ. Quocirca traducit illud Vulgatæ : *Sume tibi librum grandem &c.* ita : *accipe ſegmentum chartæ recentis ac majoris* : ὡς πάλιν Ἡσάιας ἐφη ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου : ὅτι λάβε σοι τόμον χάρτου καινοῦ μεγαλου, τόμον διὰ τὸ ἐῖναι μὲν τὴν Παρθένον κ. ε. *ut Eſajas dixit ex perſona Domini : accipe tibi ſegmen chartæ novæ magnæ, ſegmen eo quod ſit Maria Virgo &c.* & v. ſeq. XXXI. καινοῦ, διὰ τὸ καινὸν της Παρθένου, καὶ ἀχραντον. Μεγάλη γὰρ ὡς ἀληθῶς Μαριὰμ ἡ ἁγία Παρθένος ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων *nova, propter recentem inviolatumque caſtitatis in Virgine florem. Magna quippe Maria coram Deo pariter & hominibus extitit Virgo.*

VI.

Idem argumentum.

QUantum, o Diviparens, tua juvit Dia propago,
  Cum vulva in matris conciperere tuæ?
Petra viatori quantum solet esse juvamen (*a*)
  Zopyron contra, qui furit ore minax;
Qui quia quem feriat mordax, non repperit hostem,
  Irruit in lapidem, quo in lapide ille perit,
Sic abit immunis viro morsuque viator;
  Sic ego & evasi tetra venena Stygis.
Vitæ enim ubi cœpi cursum velut ipsa viatrix,
  Me petiit viro perdere Pluto furens.
Sed mea temporius Suboles petra firma futura (*b*)
  Sese illi opposuit, ne peritura forem,
Quacum pugnavit frustra succensus ab ira;
  Non fuit hunc obicem nam superare satis;
Hinc ante ad Petram offendit, quam læderet ille,
  Cujus ab insidiis & lue sospes ego.

ANIMADVERSIONES.

(a) Hanc historiolam ita narrat Epiphan. Lib. I. tom. III. adv. Hær. Hær. XLIIII. sub finem: φασὶ γὰρ τὸ ὀδυνηρὸν σφηκίον ὃ ζωπύρον τινὲς κεκλήκασιν ἔχειν μὲν κέντριον ἰοβόλον βραχὺ, περιωδυνίαν πολλὴν οὐ κεκτημένον, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἰοβόλον ὄν. Ἐπὰν δὲ τὶς διερχόμενος τὸν αὐτοῦ φωλεὸν ἢ καλιὰν καθέλοι: Ἐν γὰρ θάμνοις βοτανῶν ποιεῖται, καὶ κηρίου δίκην ἑαυτῷ σύμβλους τινὰς, ἐν οἷς σύμβλοις ἐγκαταιτίσται τὴν αὐτοῦ γονὴν, καὶ ποιεῖται ἑαυτῷ γεννήματα. Εἰ δὲ τὶς διερχόμενος ῥάβδῳ ἢ ξύλῳ νύξας τὸ κηρίον ὡς ἴσως καταβάλοι ἐξέρχεται θυμούμενον αὐτὸ δὴ τὸ δεινὸν μὲν, βληχρὸν δὲ σφηκίον: καὶ ἐὰν εὕρῃ πέτραν πλησίον, ἢ ξύλον, ἀπὸ τοῦ ἐμπλήσαντος αὐτὸν θυμοῦ ῥοίζῳ μὲν ἐφίσταται καὶ ὁρμᾷ. καὶ παίει τὴν πέτραν, καὶ τὴν μὲν πέτραν οὐδὲν ἀδικεῖ οὔτε τὸ ξύλον, οὔτε μὲν τὸν ἄνθρωπον, κἂν τι δάκοι, ἀλλὰ πρὸς ὀδύ-

ἀδύνην ὀλίγην οὐδὲν ἀδικεῖ μάλιστα τὴν πέτραν, ἀλλὰ τὸ μὲν κέντρον ἀπόλλυσι, καὶ οὕτω φθείρεται, ἡ δὲ πέτρα οὐδὲν ἀδικεῖ δύεται ὑπὸ τοῦ τηλικούτου *ferunt enim molestissimum illud crabronis genus, quod zopyrum vocant, aculeo quodam armatum esse venenato illo quidem, sed exiguo, quippe haud multum doloris incutiat, & ex suo nihilominus genere sit venenatus. Ac si quis forte prætereundo latebras illius nidumque d'ruat, quem inter frutices ac densiores herbas favi instar tamquam in alveari construit, ibique semine immisso fœtus excludit; sed si quis viator baculo vel virga favos, uti diximus, demoliatur, furens illico prorumpit acer ille quidem, sed imbecillus crabro. Tum vicinum aliquod saxum, lignumve nactus ira exæstuans eo cum impetu fertur, ac silicem tundit, aut lignum. Quibus cùm noceat nihil, ac ne homini quidem quantumvis pungat, aliud præter levissimum dolorem inferat, saxum vero, nihil oblædat aculeum sibi interim excutit, itaque moritur.*

(b) Alluditur ad id quod ait Apost. Paulus I. ad Corinth. cap. X. v. 4. *bibebant autem de spiritali sequente eos petra; petra autem erat Christus.*

VII.

Idem argumentum.

FOrtunata Rahab communi erepta periclo,
  Quatenus hospitibus relligiosa fuit; (*a*)
Hinc oppugnata patria vix coccea signa (*b*)
  Tollit, & est sospes, dum furit hostis atrox:
Huius ab exemplo præconia mutuer illi,
  Tempore conceptus quam sine labe colo?
Fortunata magis nulli assimilanda Virago,
  Claruit hospitio quæ magis atque magis;
Non homines etenim, non intra tecta domorum;
  Sed gremio excepit, fovit & illa Deum,
Nimirum tali cum relligione, fideque,
  Regi Cœlicolum debita qualis erat;
Unde fit in mortale genus dum sævit Avernus
  Hospitis obsistat sparsa cruore sui,

Cu-

Lumine conſpicuum, radiant cui ſidera circum,
 Cujus & os nitidum nox nigra nulla tegit,
Suſpectuque adeo pulchrum, ut nec videris ipſe,
 Nec ſimilem quando viderit alter homo;
Atque exinde vides non tempeſtatibus actum;
 Quandoquidem contra non furit acris hyems,
Ventorumque Pater Boreas, Auſterque, Notuſque,
 Ceteraque ut flaret vis animoſa vetat;
Cernis & aereo ſtipatum vortice puro
 Undanti circum, ne queat eſſe lues.
Vidiſti? Hæc igitur ſpirantior ejus imago eſt,
 Quæ de jeſſæo ſemine ducta fuit.
Longe illa ante alias omnes heroidas, atque
 Longe ante heroes elevat alta caput;
Vertice & elato ceu quæ *fundamina* ponat
 Montibus in ſanctis, ſidera ſumma ferit,
Ac tota effulgens cæleſti lumine qualis
 Æterni Solis luce adoperta micat,
Perpetuum & promit, quem nullo tempore nubes
 Enatæ e terris eripuere diem,
Nec ſtygis e fundo emerſae eripuere tenebræ,
 A quibus in noctem conditur omnis homo;
Sicque nitens edit pulcherrima ſigna decoris,
 Sicque decens geſtit cor rapuiſſe Deo,
Cui vinclis arctis adeo ſe junxit, ut hujus
 Claudere progeniem ſit meritura ſinu:
Praeterea ſuperat, ſi grando ab origine ſurgat,
 Humanum hæc quamquam verberet omne caput,
Et ſuperat flatus graviter ſpirantis Averni;
 Nequid enim hi poſſint juſſit obeſſe Deus;
Unde fit, ut fuerit qua nil felicius unquam
 Averruncata colluvione patrum;

For-

Fortunavit enim Cæli clementia tanta;
Illam quanta decet, quæ Paradisus erat:
Distat at hunc quoniam lignum vitale beavit,
Vitalis ligni cum beet Auctor eam.

ANIMADVERSIONES:

(a) Greg. Thaumat. Serm. I. in Annunc. ἀειθαλὴς τῆς ἀφθαρσίας παράδεισος *semper florens* (Maria) *incorruptionis Paradisus*.

(b) Basil. M. Hom. XXX. de Paradiso: ὥσπερ τὸν ἄνθρωπον ἐξαιρέτου τῆς πλάσεως παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα ἠξίωσεν ὁ Θεὸς, οὕτω τὸ ἐνδιαίτημα τοῦ ἀνθρώπου τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ χειρὸς ἔργον ἐποίησε τόπον ὑπερφέροντα τῆς ὅλης κτίσεως, θαυμαστὸν τῷ κάλλει, ἐν περιόπτῳ κείμενον, ἀνεπισκότητον διὰ ὕψος πάσαις ταῖς τῶν ἄστρων ἀνατολαῖς καταλαμπόμενον, πεφωτισμένον πάντοθεν, τὴν ἐκ τῶν ὡρῶν εὐκρασίαν ἡδίστην ἔχοντα, ἀέρι διαυγεστάτῳ περιλαμπόμενον. Ἐκεῖ οὖν ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς, ὅπου οὐκ ἀνέμων βία οὐκ ὡρῶν ἀμετρίαι, οὐ χάλαζα, οὐ πρηστῆρες, οὐ λαίλαπες, οὐ σκηπτοὶ, οὐ χειμερινὴ πῆξις, οὐχ ὑγρότης ἠρὸς, οὐ θερινὴ πύρωσις, οὐ φθινοπωρινὴ ξηρότης, ἀλλ' εὔκρατος, καὶ εἰρηνικὴ συμφωνία τῶν ὡρῶν πρὸς ἀλλήλας ἑκάστης αὐτῶν ἰδίῳ κάλλει κεκοσμημένης, καὶ μὴ ἐπιβουλευομένης παρὰ τῆς γειτόνος: οὔτε τοῖς ἠρινοῖς κάλλεσι τοῦ θέρους λυμαινομένου, οὔτε τῶν θερινῶν, ἢ τῶν μετοπωρινῶν καρπῶν καταρρυομένων ὑπὸ τοῦ γήρως *quemadmodum hominem a ceteris animantibus discreta ac singulari formatione dignatus est Deus, ita etiam homini apparavit, suaque condidit manu peramœnum ac deliciis omnifariam diffluentem mansionem locum utique omnem exsuperantem creaturam visenda pulchritudine suspiciendum & admirabilem, locum dico prælustrem, & spectatu dignissimum, & qui ob situs celsitudinem nulla sui parte ullas admittit tenebras, nulla tenebrascit caligine, quippe quem exorientium siderum splendor irradiat, & undique suo lumine circumfundit. Retinet hic peramœnam & jucundissimam veris temperiem lucidissimo collustratus & splendifluo aere. Illic igitur plantavit Deus Paradisum, ubi nulla esset vis ventorum, nulla tempestatum intemperies, nulla grando, nulla fulmina, nullæ procellæ ac turbines, non contorta ac violenta fulgura, non hyemalis glacies, non veris humiditas, non æstatis exæstuatio, nec autumni siccitas, sed temperata & pacifica temporum consonantia singulo quoque horum adornato propria amœnitate, cum nec præcedens a sequente quicquam insidiarum metuere posset, dum neque verno decori subsequens æstus noceret, neque æstivi aut autumnales fructus præ senio defluerent.* Eundem Paradisum amœnissimum & præstantissimum describit Philostorgius Hist. Eccl. Lib. III. quem legite.

VIII.

VIII.

Idem argumentum.

MOmento, quo Diva parens fata matris in alvo est,
    Quisquis es immunem non modo labe Patrum,
Ast etiam reeare volo florescere pulchram,
    Seu tibi sit visum non pote, sive pote.
Cum rerum Natura Deo deserviat omnis, (a)
    Vertit eam in formam, quam Deus ipse jubet.
Credideris truncum decisis undique ramis (b)
    Florem ex arenti stipite ferre novum?
At Deus hoc fecit, se quando Aaronica virga
    Induit in florem, quamquam ea truncus erat; (c)
Arida sic etiam licet est Jesseia virga,
    Hanc virtute Dei posse virere puta, (d)
Gemmare, & Mariam de cortice trudere Florem,
    Quæ quia sic floret, dic voluisse Deum.
Quid dubitas voluisse Deum sic floreat illa,
    Quæ cecinit: *fecit nam mihi magna Potens?*

(a) Alluditur ad illud, quod ait Cyril. Hierosol. Cat. XII. §. XVIII. locutus de virga Aaronis facta florida: *ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς οὐ φύσεσιν ἀκολουθεῖ δένδρων, ἀλλὰ φύσεων ἐστι ποιητὴς sed cum Deus naturis arborum non serviat, sed naturarum est auctor.*

(b) Alluditur præterea ad id, quod idem Cyril. l. c. præmisit: *Σιωπῶ γὰρ ὅτι καὶ ἡ ῥάβδος ἡ Ἀαρὼν ὅπερ τὰ λοιπὰ δένδρα δι' ἐνιαυτῶν ποιεῖ πλειόνων τοῦτο διὰ μιᾶς νυκτὸς ἐπόιησε taceo namque quod & virga Aaronis id quod cetera arbores plurium annorum producunt, hoc ipsum* (fructum) *intra unam noctem protulerit.*

(c) Sequitur Cyrill. *ἡ ἄκαρπος, ἡ ξηρὰ, καὶ ἄφλοιος ῥάβδος ἐνήνθησε καὶ ἐβλάστησεν, καὶ κάρυα ἐκαρποφόρησεν infructuosa arida, & detorticata virga floruit, germinavit, & nucum fructus protulit.*

(d) Conclusio hæc Cyrilli est. (e) Alluditur ad illud: *egredietur virga de radice jesse &c.*

IX.

Ejusdem argumenti eadem sententia.

Virga ea, quæ quondam Aaroni præbuit usum,
Florida facta fuit tota volente Deo:
Virga Deo dedit illa suo quæ e stipite nasci,
Nonne Deus voluit florida tota foret?
Si vero quantum scitaris floruit isthæc?
Humanum eloquium dicere posse nego:
Sin urges: fructum precor illius inspice: nullum
Fructus habet, nullum & florida virga parem.

X.

Ad effigiem B. Mariæ Virginis.

Ut regina potest, ut mater amatque juvatque.
Vis bona cuncta tibi? dic modo, mater, ave.

XI.

Ad S. Crucem sublatam.

Inscripta in Labaro Crux est victoria certa:
Magnus at inscripta in corde triumphus erit.

XII.

Idem argumentum.

Hac cruce sublata memorantur nostra tropæa:
Fudimus hac hostes, hac Acheronta trucem.

XIII.

XIII.

Idem argumentum.

Vicimus hoc ligno ferrum, quo ſæviit hoſtis;
Nempe quia hoc ligno viceràt ante Deus.

XIV.

In Nativitate D. Caroli Titi Borboni principis juventutis.

חֲבֵי מְרוֹם תְּנוּ גוֹדֶל
כִּי צוֹמֵחַ מִדַּם תַּרְשִׁת
מִדַּם כָּבֵד וְנָוו חֵיל
אִמּוֹ מִשְּׁמֵי מָרוֹם נִשֵּׂאָה:

Naſcitur egregius Carolina matre quod infans;
Nil mirum, generis fert decus omne ſui,
Scilicet illius, quo nata Tereſia, neſcit
Gloria virtutis cui reperiſſe parem.
Sed niſi in hoc puero Divæ foret hujus imago,
Cenſerem matrem ſurripuiſſe polo.

XV.

In Nuptiis D. Antonii Lucarelli & D. Elisabethæ Orineti Aversanorum, qui sese mutuo ante matrimonium deperierunt amore.

אַשְׁרֵי בְּהוֹשֵׁה מְחַתְּנָן
עָ־בוּשׁ וְרַחְמָה וְיָעֲדָהּ
אַשְׁרֵי יָהּ עַד־בוּשׁ טוֹב יִתֵּן
מחשב יִתֵּן וְלִיָּה הוֹדָה׃

Κύπριδος ὠ τέκνον δὴν ὄττι ἔλουτε φλέγουτε
Ὠ γαίουτε λέχος νῦν ὅμον ἄμφω εχει,
Φῦ σέθεν ὅυδε δολοις, ἓι καίπερ ποικιλόμητις:
Κυδαλίμω ζέυξας τὸν κατὰ θαῦμα τρόπον:
Α῎ικε μάλιςα φέρει γὰρ Ελιστην ἀνδρὸς ἐπαυρεῖν·
Ἐςιν ὁς ἠνορέην ἀγλαίηντε μεγας,
Ἀντονίουδ᾽ ἔιναι δίαντε καλήντε γυναῖκα
Ης ἐνὶ χείλεσσιν καλλιέπεια γελᾷ
Ἀμφοτέρους γυῖναι κατὰ θυμὸν δῶρα ταδ᾽ ἔχρην,
Δηθὰ τλέω᾽ ἀμφοτέρους τραύματ᾽ ἔρωτος ἔδει.
Ὥςε πόσις μνηςῇ, πόσι μνηςῇ ἴσα χαρῆναι,
Κἂν ὁ γαμοῖ νὺ θεὰν, ἠδε γαμοῖτο Διῒ.

Quod Cytheree puer, jamdudum carpseris igne,
Quos una lectus nunc genialis habet,
Haud fraude egisti, quamquam sis aptus ad astum;
Nobile par mira qua potes arte jugas.
Si magnum est etenim, claro quod Elisa fruatur
Virtute, ingenio, nobilitate viro;
Si magnum, Antonî quod tanta virago sit uxor,
Cui Venus in labiis ridet, in ore lepos,

De-

Debuit hoc adeo sentiscere munus uterque;
Atque diu inflictum vulnus uterque pati;
Ut modo nupta viro, vir nupta gaudeat æque &
Duxerit hic divam, nupserit illa jovi.

XVI.

In funere Alonsi Sanges de Luna ducis Atellarum.

האיש גדול בא לא נפל
כי בוא מין קול אל גומל
עצר כבור נטר אל חוד
האיש עליכן עמל עד־מאיד:

(*a*) Magne Joseph, Alonsus abit non militis instar,
Qui te seu linquit, seu tua castra fugit;
Induperatoris sed summi jussa facessit,
Cedere de vitae qui statione jubet,
Ut tandem in Cælo emeritus cum pace quiescat,
Qui pro te in terris irrequietus erat.

(a) Alluditur ad Josephum II. Imperatorem, in cujus castris meruit Alonsus.

XVII.

In adventu D. Emmanuelis Campolongo persamiliaris. Poetæ in Seminarium Aversanum tempore Nativitatis D. N. J. C.

ITe dierecto quicunque putaritis horno
Præmicuisse dies candidiore nota;
Nobiscum *Emmanuel*; res ergo prorsus itura est;
Res vere adventu nostra beata suo.

XVIII.

XVIII.

Ad D. Antonium Basile discipulum poetæ, cum lauream doctoratus adeptus fuit.

MAlim ego sim vates cælesti Flamine plenus,
Ut si vaticiner, sit mihi facta fides;
In te quandoquidem servo felicia signa
Hæc, o Antoni: grande supercilium,
Os suave, innocuosque oculos, frontemque severam:
Quid præferre canam hæc omina? magnus eris.

XIX.

Ad eundem, quem vario genere carminum nostrates poetæ concinuerunt.

ANtoni, quotquot de te præconia laudum
Turba canit vatum plurima, vera canit:
Quæ tamen hoc tacuit, quod tu sectere magistrum
(*a*) Nicoleon, cujus gloria summa fori est;
Atque ita sectere, ut quicquid virtutis in illo est,
Derivare velis æmulus ipse tibi.
Laudibus ergo aliis laus hæc addatur oportet;
Ut magis excrescas laudibus atque magis.

(a) Nicolaum Sanvito, sub cujus auspiciis Antonius ille posuit tirocinium fori.

XX.

XX.

Ad D. Hyacinthum Gorgoglione Judicem M. C. V. renuntiatum. Porro rogatus fuit Poeta, ut ad nomen Hyacinthi alluderet, & ad eloquentiam in persuadendo.

AUdis o Hyacinthus, & es magnetis adinstar,
Qui virtute tibi ferrea corda trahis.
Novimus hoc omnes, novit FERNANDUS, & esses
Insigni voluit clarus honore Togae.
Rex elliturum adeo te late sensit, ut omnis
Parthenope plausus sit crepitura tibi,
Quando trahes, quando & vinces virtutis odore,
Quando simul magnes atque Hyacinthus eris.

XXI.

Ad effigiem M. Tullii Ciceronis.

Ecce tibi, tonuit qui Marcus Tullius ore;
Sed quantum tonuit, scis ubi scripta legis.

XXII.

In obitu Francisci Vargas Macciucca.

(a) QUi tuus e terra missus? rapit Atropos? anne
Virtus, ut capias præmia digna, vocat?
Curriculi, Francisce, modo si vita peracta est,
Est missus, palmam quo mereare, tuus.
Doctus enim numeros, doctus modulamina vocis:
Dulcisono scieris ore referre melos;

Mox

Mox novus ingressus Musarum templa Sacerdos
    Vixeris & Musis non sine laude tuis;
Exinde eloquio patroni more tonantis
    Et res accisas & repararis opes;
Gesseris & judex incoctum pectus honesto
    Providus in melius, justitiæque tenax;
Necnon a Fisco fraudemque astumque remoris
    Sat catus officii relligione tui;
Proximus haud parvo sed proximus intervallo
    Consilii Patribus federis ante Patres;
Jura Sacerdotî & Regni commiseris ambo, ut
    Quæque suum servent uniter apta decus;
Nam velut hi septem cursus sunt *missus*, honorem
    Æternum vitæ qui peperere tuæ,
Quem capito, ut vivas alio felicior ævo;
    Sitque satis nobis dicere: Magne, vale.

(a) *Missus* erant septem cursus, qui conficiebantur in Circensibus & aliis ludis, ut victores palmam adipiscerentur; & hoc intelligite prioribus temporibus. Hinc Suetonius in Domit. Cap. IV. scribit: *non enim dabatur corona victori antequam septem spatia currendo peregisset.* Igitur cum Franciscus Vargas Macciucca septem muneribus in toto suæ vitæ curriculo perfunctus fuerit, vitam ejus appello *missum*, post quam accepit coronam æternæ gloriæ.

XXIII.

In funere D. Petronillæ . . . . conjugis D. Vincentii Ambrosii Galdi comitis del Galdo.

EST tibi, Vincenti, quod prodas gaudia vultu,
    Functa licet vita sit Petronilla tua;
Quæ petiit Cælum, decorata ubi honore poetris (a)
    Talia componit carmina more novo,

Ut

Ut superi rogitent, quæ tanta poetria? quænam?
 Vincenti conjux æmula facta viro;
Nempe ejus tantum resonabit nomine Cælum;
 Quantum nunc resonat nomine terra tuo.
Sint procul hinc lacrimae; pertentent gaudia mentem;
 Illa quid hac melius sorte habitura foret?

(a) Petronilla fuit poetria, & uxor D. Vincentii Poetæ.

XXIV.

In nuptiis D. Francisci Borboniis Principis juventutis cum D. Clementina Austriaca.

Quod modo FRANCISCO (*a*) jamdudum debita sponsa
 CLEMENTINA venit par socianda pari,
Accipe, Parthenope, pro (*b*) magno fenore longam
 Hanc tibi lucrosam scribe fuisse moram.
O quanto interea evasit Regalior illa,
 Fortunet populos quo magis atque magis!
Præcepta instillata animo quot docta fuerunt,
 Ingenii Virtus præcocis unde fluat!
Crevit enim immensum Germania Borbonidarum (*c*)
 Primæva accepta, quam tua terra tulit,
TERESIAE merito de nomine compellata;
 Quam videt illa (*d*) aviæ maxima facta sequi.
Æmula quocirca, rituque hostire volentis
 Reddidit Heroin, qua potiare, tibi,
Quamque adeo experiare catam imperitare superbis;
 Responsare malis, & bene velle bonis,
Ut nisi sub faustis nossem penetralibus altam
 Germanis, dixem, quod foret alta polo.
Exhilarare ergo: una omnes hoc carmine plaudunt:
 Parthenope felix, (e) utere sorte tua.

ANIMADVERSIONES.

(a) Alluditur ad matrimonium, de quo fuit actum circa an. 1791. & Clementina ducta fuit circa an. 1797.

(b) Animadvertite allegoriam delumtam a fenore, & in imo versu continuatam.

(c) Primogenita D. FERDINANDI IV. conjuncta fuit in matrimonium cum Imperatore FRANCISCO AUSTRIACO.

(d) Imperatrix uxor Imperatoris FRANCISCI fert nomen aviæ TERESIÆ Imperatricis AUSTRIACÆ, de cujus actis historici multa præclarissime gesta prodidere memoriæ.

(e) Concluditur epigramma & allegoria; *fors* enim in ultimo versu accipitur pro *summa* sive *capite*, & pecunia, quæ datur fenori, ut inde lucrum fiat; quod nos Itali dicimus *Capitale*; hinc Plaut. Mostell. 3. 1. 34. *qui mihi neque fenus, neque fortem argenti danunt*: Ter. Adelp. 2. 2. *de forte jam veni in dubio*.

XXV.

Ad D. Vincentium Rogadei Abbatem Casinensem reversum ex Capitulo habito Casini, cui Poeta auguratur Episcopatum.

QUod felix faustumque tibi sit, grator, Amice;
  Incolumem nostros te repetisse Lares.
Sed mage gratarer, si factus Episcopus esses;
  Ut fias cura, quo mage grater ego.

XXVI.

XXVI.

Ad D. Joannem Baptistam Vecchioni renuntiatum M. C. V. Judicem.

Tertia cum fueris pars matris, tertia patris,
Pars postrema tui tertia cuja fuit?
Virtutis certe, tenero quæ finxit ab ungui,
Excoluitque animum qua decet arte tuum;
Seminibusque suis jactis ceu falce recidit,
Quæ radix herbae luxuriantis erat.
Hinc tua læta seges vernavit opima bonorum;
Copiaque erupit, quæ tulit omne decus;
Scilicet Integritas adolevit juncta sorori
Justitiæ, cumque his adsita rara Fides;
Succrevere etiam Prudentia callida rerum, &
Candida Simplicitas germen utrumque comes;
Flourueris, Baptista, adeo cum more novalis
Exculti, plausus quot crepuere tibi?
Præcipue postquam evasit maturrima virtus,
Visus & es nimia fruge replesse sinum;
Nempe laboranti virtutis pondere magno
FERNANDUS voluit sit quoque magnus honos;
At potiora dabit meritorum præmia posthac;
Quandoquidem es dignus, qui potiora feras.

XXVII.

In honorem divi Thomæ Aquinatis:

BOs mutus Thomas. Olli Sapientia Dia
Obsignavit enim, clausit & ora jubens
Ne loquere: interea Divina Magistra tacentem
Inductum voluit sub penetrale suum;
Cælica cui postquam quæcumque arcana reclusit,
Edocto dixit: *vocibus hisce modo:*
Sic igitur mutus quondam nunc ore remugit,
Cui reboat tellus, cui reboatque polus;
Præsertim quando loquitur secreta Tonantis,
Ille meret, magnum cui recinatur io.

XXVIII.

Ad effigiem B. Mariæ Casalucæ.

Quisquis ades, credis? Casalucensis imago
Hæc me Diviparæ surpuit una mihi.

XXIX.

Ad imaginem D. Crescentii.

Dive o Crescenti, salve, & mihi adesse memento,
Nomine Crescenti cum vocer ipse tuo.

LIBER III.

LYRICUS.

ODE I.

In laudem Conceptionis B. M. V.

O De cubili quæ croceo modo
Corusca tollis conspicuum caput,
Hoc scire fas sit, luce tanta
Tene semel caruisse luxti? Aut
Turpasse vultum crediderim tuum,
Qui natus olim de penitissimo
Sinu parentum turbo mersat,
Urget & in tenebras, ruitque?
Horrenda late nam furit, & genus
Mortale vasto dejicit impetu
Demissa tempestas ab Ada in
Progenies vitiosiores.
Quo bacchor excors? quo furialiter
Me ducit error? lucida sidera
Umquam-ne vel fecisse lucis
Damna, vel interiisse fingam?
Quæ vix recepto semine fulgido
Rubent fugatis exitialibus.
Et nocte & umbra, vique pulsâ;
Quæ premat Hesperia sub unda.
Hinc semper idem lucidus est honos;
Nec (*a*) Galilæus quas retegit probo
In sole labes, cui recondit
Os nitidum maculosus aer.
Ergo, o Virago, electa (*b*) simillima
Soli micanti nil reparaveris,
Quod decolorat atra nubes,
Impetus aut violentus aufert.

Cum

Cum te medullas cælica vis alat
Calentiori turgida spiritu,
Immane quantum tota vivax;
Tota animo interiore ferves;
Necnon & ardes corpore flammeo,
Qualis beata fluminis ignei (c)
Abluta lympha, vel flagranti
Imbre fores madefacta Cæli;
Sic pura fulges muneribus potens
Intaminatis; unde periculum
Nullum perhorrescis, neque æquor
Illuvie tumidum paterna.
Quod si tuorum sanguine pinguius
Petit rapaci te quoque gurgite,
Ac sævit, immensumque matris
Exitium meditatur alvo,
Jam multa ritu siderei globi
Vitalis auræ flamina te levant,
Feruntque sublimem probrosi
Altius Oceani tumultu.
O diva, tecum est mirifico modo
Manus Tonantis, qui regit ac fovet,
Ut mane primum sorde cassum,
Inde diem sine fæce promas.

ANIMADVERSIONES.

II.

(a) Galilæus philosophus fuit primus, qui in Sole, Luna, &c. labes seu maculas esse animadvertit; unde ejus in honorem conscriptum fuit Alcaicum, cujus hæc pauca exscribo:

In Sole quis credat tectas
Arte tua, Galilaee, labes.

A quo tamen ego dissentio, ut evincam puritatem Mariæ ab ipso conceptu.

(b)

(b) *Electa* ſicut *Sol* dicitur Maria Cantic. VI. Hinc ab Epiph. de Laudibus B. Virginis Mariæ attribuitur Mariæ illud Pſ. XVIII. *in ſole poſuit* (Chriſtus) *tabernaculum ſuum* &c. Quapropter Gregorius Thaumat. ſerm. 11. de Annunc. interpretatur *Mariam* φώτισμον : Μαρία ἐκέκλητο ὅπερ δὲ φώτισμον ἑρμήνευται *Maria vocata fuit*, *quoniam illuminationem ſignificat*.

(c) Fit mentio fluminis ignei Danielis VII. v. 10. *Fluvius igneus rapiduſque egrediebatur a facie ejus*.

II.

Idem Argumentum.

OLympi in alta ſede Viraginem
Vidi docentem ſcire volentium e-
xamen Sophorum, priman' ejus
Orſa ſatus caruere labe?
Terræ o Coloni, dicere non ſinam
Deum benignum, me quia plenius
Ditavit, ut vitale ſtamen
Dia manus mihi nere cœpit;
Tunc emicabam ſcilicet altera
Regina qualis lucida Siderum,
Eramque *formidanda* porro
Magna *acies* velut *ordinata:*
Unde æmulatus Goliathis minas (*a*)
Commilitonum cum grege ſæviit
Avernus, irruitque fruſtra:
Soſpes enim fore deſtinabar.
Lædas caveto ne mihi Virginem
Matrem futuram, dixit ab æthere,
Expavit omnis voce cujus
Tænarus imperioſiori.

Hinc hosticæ iræ cedere nescia
Judithis instar conspicuum caput
Extollo late magna victrix ;
Quandoquidem Phlegeionta vici;
Congressa quorum comminui cerebrum, ut si petissem tempora Sisaræ (b),
Non arte, sed virtute, pectus
Quando Deus mihi roboravit.
Datura corpus cum Suboli forem
Patri coævæ, quo prior hostibus
Essem merebar, quove serto
Virgineo caput impedirem?
Jesu ad triumphum quod modo surculos
Dedit recisos, palma pium fuit (c)
Sensura Titum: nempe victor
Ille dedit loca cuncta vasta, &
Arbusta, & agros perdidit, & domos,
Tot & cecidit millia corpora,
Arcesque, turritosque muros,
Exitio & Solyma alta stravit;
Atqui minaces continuit manus,
Hac lege jussus qui fuit ab Deo:
Ne læde palmam, quippe Jesu
Præbuit officiosa ramos.
Hinc illa campi filia nobilis
Exclusit ictus arbor, & unice
Secura prorogavit ævum
Rore diu madefacta Cæli;
Quid ipsa vero, quæ parerem Deum,
Ac roborarem pectus & illius
Dextram, ut triumphavisset Orcum,
Icta forem, vel honore cassa?

Di-

Divina verax nam Sapientia
Prænuntiavit me similem fatæ
In Cade palmæ, *(d)* quæ comata, ac
Tota ferax caput egit alte.
Ut mersa ab undis diluvialibus,
Sic victa tellus floverit ab Styge;
Incedo quæ divina Mater,
Labe carens velut Arca lætor.

ANIMADVERSIONES.

(a) De Goliathe minabundo legite Lib. 1. Reg. cap. XVII.
(b) De Sisara interemto a Jahel muliere videte cap. IV. judic.
(c) Baron. an. Christi 34. pag. 139. refert in excidio Hierosolymitano Titum, licet exciderit omnes alias arbores, tamen divina quadam Providentia ductum pepercisse palmæ, ex qua Judæos decerpserunt ramos, ut obvii forent Jesu triumphanti, atque hanc intactam per multa secula perduravisse. Baron: ipse probat hanc suam opinionem ex Cyril. Hierosol. Catech. X. de uno Domino §. 19. τὸ ξύλον τὸ ἅγιον τοῦ σταυροῦ μαρτυρεῖ μέχρι σήμερον παρ' ἡμῖν φαινόμενον . . . Ο' φοῖνιξ ὁ ἐπὶ τῆς φάραγγος μαρτυρεῖ τὰ βάια παρασχὼν παισὶ τοῖς τότε εὐφημοῦσι *lignum Sanctum Crucis testatur ad hodiernam usque diem apud nos conspectum . . . palma in valle testatur, qua ramos pueris Christum encomio olim celebrantibus ministravit.* Enimvero Auctor itinerarii Hierosolymitani loca Sacra recensens inquit: *a parte dextra est arbor palmæ, de qua infantes ramos tulerunt, & veniente Christo substraverunt.*
(d) Eccles. 24. *quasi palma exaltata sum in Cades.*

III.

Idem argumentum.

DEsiderantem me tibi quærere,
Cur *Margaritæ (a)* nomen inhæserit,
Conceptus, o jessæa proles,
Caussa docet tuus esse felix,

Et urget idem dicere te fatam
  Ut unionem ſcilicet Indicum,
    Aperta matris concha cujus (b)
    Rore fuit ſaturata Cæli
Benignioris: Cælum ubi diſpulit
  Nimbos caducis fulminibus graves,
    Undæque Erythreæ tumultus
    Compoſuit; quia ſi tonaret, (c)
Et ſciſſa nubes fulmina mitteret,
  Tum Margaritam ſic quateret metu,
    Ut mater aut nullius eſſet,
    Aut ſubolis vitioſioris.
Suſcepta felix ergo ſub æthere
  Non intonato progeniem dabit
    Fœtura tempeſtiva qualis
    Emineat pretioſa, & una
Gnatas parentum permetuentium
  Cæli ruinas, ac rabiem ſali
    Antiſtet, argentoque certet:
    Quippe valet niveo colore,
Tuæque vati præbet imaginem
  Felicitatis. Nam tibi femina
    Vitale donatura lumen
    Non fremitus maris æſtuoſi
Senſere noſtri; terribilem Dei
  Vim fulminantis ſtultitiam ob patrum
    Materna non expavit alvus;
    Totus enim pluit imbre tanto
Amicus æther, matris ut intimos
  Vulvæ ad receſſus Cælica copia
    Manarit, ac rigarit intus
    Quicquid erat. Caput unde tollis

Sic

Sic o Virago, candidius tuum,
Ut nos relinquas immiserabiles
Ceu fulguritos in Charybdi
Æquoris exitiosioris
Conata alumnos æthereæ domus
Sublimiori vincere vertice:
O unionis more creta
Candueras sine more virgo.

IV.

(a) Cyrill. Alex. orat. contra Nestor. Mariam appellat *Margaritam*.

(b) Orig. Exegetico in Matth. cap. XIII. v. 45. §. 7. εὕρομεν οὖν παρὰ τοῖς περὶ λίθων πραγματευσαμένοις περὶ τῆς φύσεως τοῦ μαργαρίτου ταῦτα, ὅτι τῶν μαργαριτῶν οἱ μὲν εἰσι χερσαῖοι, οἱ δὲ θαλάττιοι: καὶ οἱ μὲν χερσαῖοι παρ' Ἰνδοῖς μόνοις γίνονται πρέποντες σφραγῖσι καὶ σφενδόναις, καὶ ὅρμοις: οἱ δὲ θαλάττιοι, οἱ μὲν διαφέροντες παρὰ τοῖς αὐτοῖς Ἰνδοῖς εὑρίσκονται, οἱ τινές εἰσι καὶ ἄριστοι ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ γινόμενοι. Δευτερεύουσι δὲ ἐν μαργαρίταις οἱ ἐκ τῶν κατὰ Βρεττανίαν ὠκεανοῦ λαμβανόμενοι: τρίτοι δὲ καὶ ὑπολειπόμενοι οὐ μόνον τῶν πρώτων, ἀλλὰ καὶ τῶν δευτέρων, οἱ κατὰ Βόσφορον περὶ τὴν Σκυθίαν εὑρισκόμενοι. λέγεται δὲ καὶ ἡ γένεσις τῶν ἐν Ἰνδίᾳ μαργαριτῶν χρόνοις συνίστασθαι, τροπὰς λαμβάνοντος τοῦ ζώου πλείονος, καὶ μεταβολὰς, ἕως τελειωθῇ. Ἔτι δὲ τοῦτο ἱστόρηται, ὅτι διανοίγεται ὁ κόγχος χάσμῃ διαπλήσιος, ὁ τοῦ φέροντος τὸν μαργαρίτην ζώου, καὶ διανοιχθεὶς τὴν οὐράνιον εἰς ἑαυτὸν δέχεται δρόσον. Ἣν ἐμπλησθεὶς καθαρᾶς, καὶ ἀθολώτου περιαυγὴς γίνεται, καὶ λοχεύει μέγαν, καὶ εὔρυθμον τὸν λίθον. Εἰ δέ ποτε ἐπηχλυμένης, καὶ κηλίσιν ἐπίμωμον. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο εὕρομεν, ὅτι ὁ μεσολαβηθεὶς ὠδίνων ἐπὶ τὴν πλήρωσιν οὗ κύει λίθου ὑπὸ ἀστραπῆς μύει, καὶ ὡσπερεὶ τῷ δείματι σκορπίζει, καὶ διαχεῖ τὸν γόνον εἰς τὰ λεγόμενα φυσήματα... ἔτι δὲ καὶ τοῦτο ἔχει ὁ Ἰνδικὸς μαργαρίτης παρὰ τοὺς ἄλλους λευκός ἐστι τὴν χρόαν ἀργύρῳ διαφανεῖ κ. τ. *Hæc igitur super margaritæ natura invenimus apud eos, qui de gemmis scripserunt; margaritarum nonnullas esse terrestres, maritimas nonnullas; & terrestres quidem apud Indos tantummodo nascuntur, idoneæ, ex quibus sigilla, annulorum palæ, & monilia fiant, e maritimis vero, quæ reliquas dignitate superant, apud eosdem Indos inveniuntur, quarum optimæ nascuntur in rubro mari. Quæ vero in Oceano Britannico deprehenduntur, inter margaritas secundas partes tenent. Tertiæ autem, quæque non primis dumtaxat inferiores sunt verum etiam secundis, illæ sunt, quæ in Bosphoro circa Scythiam re-*

per

periuntur . . . . dicitur & indicarum margaritarum generatio temporum intervallis perfici, cum multimodas conversiones, & mutationes patiatur illud animal, donec absolvatur. Præterea fertur & illud, aperiri & velut dehiscere concham animalis margaritam ferentis, apertaque illa cælestem in se rorem recipere: quo si puro nec turbido fuerit repleta, lucida fit margarita, lapidemque magnum & concinnum concha parturit. Quod si aliquando nigrum, inæqualem, & hibernum rorem exceperit, nebulosam margaritam, & nævis deformem concipit. Quin & illud reperimus, si a fulgure deprehendatur medio in itinere, dum ad id proficiscitur, ut lapidem quo gravida est, perfectum reddat, comprimitur, & velut præ timore spargit semen, & effundit, ut efficiat ea, quæ physemata appellantur . . . . insuper & illud præ ceteris habet indica margarita; colore candida est; argento lucido similis &c.

(c) Cum Orig. l. c. consentit Plinius: *si fulguret, comprimi conchas; si vero & tonuerit, pavidas, ac repente compressas, quæ vocant, Physemata, efficere, specie modo inani inflatas sine corpore; hos esse concharum abortus*. Idem asseruit Ammianus Lib. 23. *concussæ vero sæpissime metu fulgurum inanescunt., aut debilia pariunt, aut certe vitiis defluunt abortivis*. Namque Aristoteles Hist. Anim. Lib. VI. cap. 2. locutus de ovis prodit: Ἐὰν δὲ Βροντήσῃ ἐπωαζούσης (ἀλεκτορίδος) διαφθείρεται τὰ ᾠὰ *quod si incubante* (gallina) *tonuerit, corrumpuntur ova*.

IV.

Idem argumentum.

E Matris alvo dicor originem
Duxisse ritu puniceæ rosæ, (*a*)
Quæ jerichunteæ scatebræ
Prodiit exsaturata potu
Facto salubri? nam sale condiit (*b*)
Illum Elisæus, cujus ab indita
Virtute fæcundata florem
Planta dedit speciosiorem;
Jessæa proles sic ego prædicor
Vitalis auræ munere vescier
Cœpisse; sed fuisse felix
Plaudo mihi meliore cœpto:

Ena-

Enasciturae quae mihi semina
Mater paravit, combibit aetheris
Profusionem, quo dedisset
Progeniem generosiorem:
Tanti vigoris vis ubi caelica
Se cum parentis sanguine miscuit;
Erupit insitiva gemma
Turgida Virgineo decore;
Cujus reclusis interioribus
Immane quanto flore prior rosae
Surrexe laeter magna Virgo, ac
Dives opum pretiosiorum,
Potita qualis divitioribus
Donis Olympi non homini datis:
Et quicquid abs tellure gessi,
Rite mihi prius est piatum.
Caelestis baustus, quo fuit uvida
Epota mater, quamlibet eluit
Contagionem, neve quando
Pollueret, dedit usque vires.
Humana quamquam sorbuerit luem
Gens e fluentis putidioribus,
Mors unde derivata falce
Messuerit capita ampla & ima;
Ego expeditis vi tamen illius
Impressionis verticibus meis
Vernare coepi tota pulchra, &
Grata Deo sine labe vixi.

In

(a) Ecclesf. 24. & LXX. *exaltata sum . . . . quasi planta rosae in jericho.*

(b) Aquas jerichuntis pessimas & corruptas immisso sale ab Eliseo sanatas ita, ut in iis non esset mors aut sterilitas, videte IV. Regum cap. 2.

In funere D. Claudii Castorii Curatoris Cardueti Regii Nemoris in finibus Campanis.

MOrs sæva vitai erubesce stamina
Rupisse Claudj. Nonne in ævum debuit
Produxe vitam? qui fide præclaruit,
Curam & gerundo Cardueti sedulam,
Laudationis meruit ea præconia, (*a*)
Quasi res per ipsum foret adaucta Regia,
Saltusque facta amœnitati accessio:
Vim sævitatis ni diu, tantisper at
Evasset hanc tuam. Sed, o Claudi, vale,
Te bene tuarum parta rerum gloria
Perennitati consecrabit temporum.

(a) Carolus III. Borbonius Rex Neapolitanus operam a Claudio Castorio fideliter, integreque, ac diligentissime navatam curando Carduetensi nemori per Regium diploma testificatus est *ad futuram* (verba sunt diplomatis;) *posterorum memoriam*.

V.

In laudem FERDINANDI IV. *reducis ex Panormo*:

FERNANDE, ocelle mi, meumque cerculum,
    Immane quantum gestiam,
Desiderique læter ad plenum satur
    Velut supremo munere,
Ac Rege felix annuente Cælitum:
    Cælum-ne non lacesserem
Votis, fatigaremque prece multa Deum,
    Ut te redonaret mihi,
Foretque rursus ore mellitissimo
    Tuo potestas perfrui?

De-

Devotionis ergo convictus meæ,
Ac te beatus reddito
Exsulto qualis insolenti gaudio
Perfusus imis sensibus,
Novæque mentis actus impetu feror
Novem elaboratum melos
Cantare Musis. Unde tantin' ingeni
Benigna vena defluat?
Ab restituto te parente patriæ
Amantioris scilicet
Amantiore, qui poetæ spiritum
Apollinarem sufficis,
Subdisque flammas insuetas pectori, ut
Te cariorem sentiam,
Tuoque amore serveam calentius.
Te deperisse gaudeo
Quantum merebas, stirpe de Borbonia
Prognate Rex amabilis,
Cujus serena frons mihi me surpuit,
Cujusque vere Regia
Satis beavit & super Benignitas
Cum ceteris sororio
Conjuncta vinclo maximis virtutibus:
Sic lætus ac mei potens,
Sic invidendus dum ferebar omnium
Sermonibus mortalium,
Felicitatis ecce de fastigio
Eo repente decidi,
Interminato quando conspectu tuo
Intabui te perdito, &
Ceu major esset tunc adempta pars mei
Dilecta cordis ingemens

Amissioni illacrimavi plurimæ.
Dum tristis ægrimonia
Fastidiosa macerabat ossa per,
Et ima per præcordia,
Desiderantem me levarunt omina,
Levavit & fidissimus
Januarius patronus optimus,
Quando liquato non semel
Cruore spem donavit elui dein
Curarum amara. Protinus
Erectus animo me recepi paululum,
Effectus & fidentior
Eo preces enixius fudi Dei
Non obseratis auribus,
Quo vis acutior doloris intimi
Transfoderat præcordia;
Et ita precatus audior facillime,
Ut impetratus sis redux,
Egoque lætus deposiverim metum, &
Mœrore ventis tradito
Portare in æquor, totus exsiliverim
Simillimus sollemnia
Insanienti, & jure prædicaverim
Ter me beatum & amplius
Nostro recepto sospitatore optimo;
Nec prædicare te sinam
Callentiori amoris inscriptum manu in
Calentiori pectore,
Quod ardeat non usitatis ignibus
Te gratioso reddito,
Te cujus alia in ore ridet Suavitas,
Inque animo alia Clementia;

Qui-

Quique omnium clarissimorum colligis .
Una in teipse glorias;
Magni triumphos nam refers & Cæsaris,
Expressa imago & es Titi.
Numerem quid alios? maximorum principum
Adeo videris æmulus,
Ut acta quot sunt, aut fuerunt grandia
Te persecutum senserim.
Amissa qualis magna Virtus in sua
Reposta sede pristina,
Postliminique reciperatis juribus
Hoc major, hoc & pulchrior,
Meliorque, quam micuerit ante, creditur;
Non illa cognitissima
Prius refulsit, quando vero perdita
Desiderari cœperit,
Apparet ultra visa quam sit antea;
Iccirco jucundissima
Magis carendo & noscitabitur magis;
Talis recepta nunc tua,
Reduxque Virtus cœpit inclarescere:
Hanc concupitam jamdiu
Amabo quantum nil aliud amabitur;
Nam te carendo callui
Prægrande quicquid in sinu feras tuo,
FERNANDE, Regum maxime,
Accensa flamma cujus æstuosior
Urit medullas imulas,
Dimanat unde gaudiorum plurima
Effusiorum copia,
Atque hæc redundat facta tanto plenior,
Quanto, o triumphator, tuor

Onustiorem te redire gloria,
    O qui triumphas hosticos
Exercitus, mage & triumphas pectora:
    Præter cohortes militum,
Præterque amorem dimicantûm civium,
    Et sanguinem fundentium,
Ut his redires restitutus sedibus,
    Invicta Virtus cum globo
Magno sororum dimicavit fortiter,
    Bellumque postquam finiit,
Currum apparavit, imperansque civibus,
    Io triumphe, ut concinant,
Deducit huc te gloriosum plausibus:
    Tanto igitur in spectaculo
Non posse fateor me tenere gaudia,
    Nec illa versu prosequi.
Hinc oro supplex tua Deus faxit mora
    Sit continens, sit propria,
Absentiamque (ne moriar) in posterum
    Haud ferre damnet alteram.
O qui reductus es vice benigna ab Deo,
    Unum volo, vivas diu
Beatitatis ut futurus unice
    Tutelâ præsentissima.

VI.

In laudem Conceptionis B. M. V.

O Quæ candida, quæque tota pulchra
Ipso in limine lucis es, Virago,
Si tibi volup' est, tuo poetæ

Pla-

Placet dicere more Margaritæ (a),
Cum de ſemine naſcerere noſtro,
Te eniteſcere; namque Margaritæ
Ejus, quæ micat e micante Pinna,
Fuiſti mihi imaginem referre
Viſa. Decipiorque mentiorque?
At verum eſt. Quid enim abſuiſti ab illa?
Profecto nihil aut parum, quod ipſe
Meis verſiculis ita explicabo.
Nimirum ſimul atque teſta Pinnæ
In ſeſe capit Aſtrapen tenetque,
Ejus ilicet ex utroque ocello
Et candet color, & nitor renidet
Efformans ſpeciem venuſtiorem,
Cui mos eſt dare nomen unionis
Pulchri ſcilicet atque carioris;
De te dicere non ſecus liceto,
Cujus corpus ut in ſuis latebris
Prendit pectoris atque clauſit arcte;
Obſtrinxitque animam, auſpicatiora
O vitalia quæ fuere cœpta!
Protelo fuit unionis inſtar
Illud fulgere viſum, & enitere
Pulchellum nitidumque candidumque:
A pinna dein ipſa diſcrepaſti;
Non enim eſt ea margarita tota,
Cum tu corpore ſpirituque toto
Sis una pretioſa margarita.

VII.

(a) Athan. Lib. de quæſtionibus in reſponſ. ad quæſt. XIX. explicat Virginitatem Mariæ exemplo ducto a generatione margaritæ hoc modo; ὁ Μαργαρίτης ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐρυθρᾷ γίνεται: γίνεται δὲ οὕτως:

αἱ

αἱ ἄκραι τῆς θαλάσσης ἐρυθρᾶς ξηραί εἰσιν ὀλίγου χύσιν ὕδατος ἔχουσιν: εὑρίσκονται δὲ ἐκεῖσε ὀστρακοδέρματα τινὰ θαλάσσια ἐν πάσῃ τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ ἐκείνῃ πίνναι ὀνομαζόμεναι. Ἵστανται οὖν αἱ πίνναι ἐκεῖναι ἀεὶ κεχηνώσαι, καὶ ἐνδεχόμεναι βρώματα εἰς τροφὴν αὐτῶν: Ἐν γοῦν τῷ ἵστασθαι αὐτὰς κεχηνώσας, καὶ ἐνδεχομένας τὴν ἑαυτῶν τροφὴν συχνῶν γενομένων ἐκεῖσε τῶν ἀστραπῶν, κατέρχεται ἡ ἀστραπὴ πρὸς τὴν πίνναν. καὶ εὑρίσκουσα τὰ τῆς πίννης ὄστρακα ἀνεῳγμένα εἰσέρχεται εἰς αὐτην: Ἡ δὲ πίννα εὐθὺς συστελλομένη. καὶ συσφιγγομένη καθ' ἑαυτὴν ἐντὸς αὐτῆς ἀποκλείει τὴν ἀστραπην: ἡ δὲ ἀστραπὴ τυλισσομένη εἰς τοὺς φορβειοὺς τῶν ὀφθαλμῶν τῆς πίννης καταλαμπρύνει αὐτοὺς, καὶ ποιεῖ αὐτους μαργαρίτας κ. τ. Margarita in mari rubro generatur; generatur autem sic. Extremitates maris rubri siccantur paucarum aquarum fluxum habentes. Inveniuntur autem ibi marini pisces testacea cute muniti in toto mari illo rubro pinnæ nominati. Stant igitur pinnæ illæ semper hiantes, & expectantes escas ad nutrimentum sui: interim dum ita consistunt hiantes, & expectant nutrimentum, & magna copia accedunt astrapæ, accedit aliqua astrape ad pinnam, & cum reperiat testas pinnæ apertas, ingreditur in illam: pinna vero contracta statim & constricta in seipsa intus in se includit astrapen: astrape vero coagulata cum pinna oculis oculos pinnæ illustrat fulgore, & commutat eos in margaritas &c.

VII.

Idem argumentum.

SI caro est Mariæ integella, qualis
Deum corpore vestit integello;
Si mens est Mariæ integella, qualis
Deum deperit integello amore;
Ecquidnam simul illa, quæso, tota est?
Virgo scilicet integella nata,
Quæ Deum parit integella mater.

VIII.

VIII.

In laudem F. Justi Capuozzi in sua professione Religiosa in Cœnobio D. Brunonis.

JUcundissime Juste, dic amabo,
Quorsum hæc corporis haud opina forma?
Vestis ex humeris fluens ad imos
Talos lanea, laneus cucullus,
Et rudes caligæque calceique,
Totiusque tui apparatus alter;
Ambo brachia tecta chiridota,
Barba immissa, latusculumque cinctum,
Obrasumque caput, gravesque ocelli,
Os & sanctiloquum, piusque vultus;
Jucundissime Juste, quid moraris.
Hoc mi dicere? Crede quæso luci;
Quorsum hæc corporis haud opina forma?
Nonne ut te facias beatiorem?
Sunt hæc signa, quibus Deo diceris,
Et ceu perfuga scilicet maligni
Secli perniciosa castra linquas,
Brunonisque ducis sequare signum.
O factum bene, quod placet Tonanti,
Brunonique placet magis magisque,
Qui te propterea remuneratur.
Non credis mihi vera nuntianti?
Mihi at credideris volo videnti
Illum in æthereis plagis Olympi,
Hoc & consilium tuum probantem,
Commentariolo & manu notantem

Te

Te rem mancupii suum futurum,
Se & nomen tibi maximum daturum;
Quale plus maneat perenne seclo;
Quo tantum placeas sibi & Tonanti,
Quantum displiceas Stygi & Catervis.
Jucundissime Juste vis-ne dicam?
Nil te lætius est beatiusve.

IX.

In laudem D. Bernardi Navarri renuntiati Judicis M. C. V. Alluditur ad nomen Bernardi.

IN die nisi lustrico dedissent
Prænomen tibi callidi parentes,
O Navarre, ego nunc alid putarem,
Id te scilicet esse mutuatum
Illo e mellifluo & scatente mellis,
Qui velut calicem ebibisset omnem
Ingestum ambrosiæque nectarisque,
Est vere Pater elegantiarum,
Bernardus Pater elegantiarum;
Prænomen tibi rerer hunc dedisse,
Cum & prænomine copiam venustam;
Tantum es melleus, & simul suavis,
Qualis flosculus elegantiarum;
Quas quis noverit, & trahi negarit?
FERNANDUS tua mella nonne sensit?
Sensit, teque videt bonis ocellis,
Subrepsti illius imulis medullis.
Non credis mihi, amabo? at experiris

FER-

FERNANDUM modo te remunerantem
Benignum magis, ac magis futurum.
Mellitissime sit bene ac beate,
Vel me surpueris mihi loquenti.
Unam des veniam rogo pudentem
Hoc me dicere, quod tui parentes
Prænomen licet indidere casu,
Bernardi es tamen acta persecutus,
Bibas ejus ut omnibus labellis
Succo pocula plena gratiarum
Ceu Bernardulus, o venuste noster.

X.

In Professione D. Genevræ de Tuso in Monasterio Divi Francisci Urbis Aversæ.

DEs oro veniam mihi, Genevra,
Tuum nobile si genus silebo,
Ac tuas animi ingenique laudes
Ad Cælum renuam vocare versu.
Alid Dius Amor mihi suadet,
Vult me dicere, quod flagres favilla;
Quodque depereas amore Jesum
Tuum delicium & beatitatem.
Des ergo veniam, & satis superque
Sit hoc dicere, quo magis magisque
Prædicaberis hic modo, & modo illic;
O quæ flosculus es puellularum.
Nam lectissima Virgo dici amabis
Tu, cui surpuit & cor edit igne
Jucundissimus ille Sponsus almus;

Quod-

Quodque hunc arſeris omnibus medullis,
Ut & perfugias Larem paternum,
Firmo & pectore deſeras tuorum
Opes, ac decus omne, copiamque,
Quidni Maxima Virginum voceris,
Laudem & præcipue ſit id tuarum,
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum?

LIBER IV.
INSCRIPTIONUM
ET
ORATIONIS PRORSÆ.

In honorem B. Mariæ Virginis Casalucensis Aversanorum Patronæ.

I.

MARIAE : MATRI . LVCIS . AETERNAE
AVERSANORVM . SERVATRICI . ET . CONSERVA
TRICI . SACRVM
CVM . EO . TEMPORE . QVO . CETERI . POPVLI
DIMICABANT . DE . CAPITE . CONIVGIBVS
LIBERIS . FORTVNIS . TEMPLIS ARIS
EO . QVOD . DESAEVIEBAT . FVROR . HOSTILIS
CIVITAS : OMNIS . AVERSANORVM .
EXORATO . PRAESIDIO . ET . OPE
DIVIPARAE . CASALVCENSIS
NEQVID . DETRIMENTI . CAPERET . IN . EO
COMMVNI . PERICVLO
ANNVIT . ITA . VOTIS . ET . PRECIBVS
OPIFERA . SALVTARIS . ET . PRAESENTISSIMA
VT . EADEM . CIVITAS . EX . SVMMIS . PERICVLEIS
EXPEDITA . ET . CONSERVATA . MODO
SOSPES . ET . LAETA
AGAT . GRATIAS . MAXIMAS . ET . HABEAT
DE . TANTA . TVENTIONE (*a*).
DISCAT . POSTERITAS . ET . MAXIMI . PENDAT
PATROCINIVM . TANTAE . SOSPITATRICIS
ET (*b*) PRAESTITIS

II.

(a) Invenire est *tuentionem* apud Gruterum pag. CII. 6. *quod ... tuentioni . omnium . voluerunt . esse . constitutum . .*

(b) *Præstitis*: licet hoc nomen proprie tribuatur Diis Laribus publicis, eo quod urbis essent custodes, tamen apud Gruterum tribuitur Jovi pag. XXII. 2. PRAESTITI . IOVI . S.

II.

Idem argumentum.

CVM . PRIMVS . DECIMI . ET . NONI . PROPE . VERTERET . ANNVS
SECLI . IN . DOMINICA . SEPTEMBRIBVS . EIDIBVS . AVREA
SERTA . CORONARVNT . CAPVT . HVIVS . DIVIPARENTIS
IPSIVS . ET . NATI . QVEM . LAEVA . GESTAT . IN . VLNA

In honorem B. Mariæ sine Labe conceptæ.

III.

MARIA
QVOD . ERAT . FVTVRA . SEMPITERNI
PATRIS . DVLCISSIMA . FILIA
FILII . CARISSIMA . PARENS
SPIRITVS . SPONSA . SVAVISSIMA
VT . HVNC . TERGEMINVM . HONOREM
CAPERET . MAGNITVDO . SVI . PECTORIS
ET . PRO . DIGNITATE . SVSTENTARET
TOTA . SVMMA . TRIAS . CVRAVIT
VT . AVERRVNCATA . OMNI . CONTAGIONE
PRIMORVM . PARENTIVM
IN . VTERO . MATRIS . CONCIPERETVR . SANCTA
AC . DIFFLVERET . COPIA . CAELESTIVM . DONO
RVM
AVE . SATA . IOACIMO . ET . ANNA

In.

In honorem Divi Nicolai Tolentinatis, cui Colonia Aletbinæ Carmina & prorsas PP. Augustiniani Excalceati dicant.

IV.

DIVVM . NICOLAUM
TOLENTINATEM . VT
QVANTVM . FVIT . VIVVS . TOTIVS
ORDINIS . AVGVSTINIANI
ORNAMENTVM
SVAS.OB . PRAECLARAS . VIRTVTEIS
ET . FACTA . EGREGIA
TANTVS . ESSET
TOTIVS . ORBIS . TERRARVM . SPLENDOR
POSTQVAM
MORTVVS . EVECTVS . FVIT . AD . CAELVM
PONTIFF . MAXX.
CVRAVERVNT
APPELLANDVM . PATRONVM
REI . CHRISTIANAE . VNIVERSAE
CVM
CONCILIAVERIT . GRAECAM . LATINAE
ECCLESIAM
HVIVS . ERGO . PATRONI
BENEVOLENTIAE . AC. POTENTIAE . INSIGNIA
ET . SINGVLAREM . TVTELAM
CONTINENTER . EXPERTI . IN
REBVS ETIAM . DIFFICILLIMIS
AVGVSTINIANI . EXCALCEATI . PROVINCIAE
NEAPOLITANAE
DIVO . MAGNO . POLLENTI

ET

ET . FRATRI . DILECTISSIMO
HAEC . CARMINA . ET . PRORSAS . ARCA
DVM . COLONIAE . ALETHINAE . CONCE
LEBRANTIA . CONCEPTVM
MARIAE . DEIPARAE
IMMVNIS . A . LABE . PRIMORVM . PARENTIVM
D . D . LL.

In honorem Carmeli Calvanese.

V.

I.

MEMORIAE . SEMPITERNAE
CARMELI . CALVANESE
VIRI . INCOMPARABILIS
IN . ARCHITECTVRA
PONTIVM . TEMPLORVM . AQVAEDVCTVVM
ARCVVMQVE
NECNON . ET . ELABORANDIS . AFFABRE
NOVIS . ET . OMNI . ADMIRATIONE . DIGNIS
MODVLIS
PRAESERTIM VERO . IN
EXCOGITANDO . FLEXVOSO . EMISSARIO
QVO
PER . FISTVLAS
DEDVCERETVR . AQVA . AD . CASTELLVM
IN . PORTV . STABIANO

VI.

II.

VIATORES . INQVILINI . ET . ADVENAE
SVSPICITE

MA-

MAXIMA . MERITA . CARMELI . CALVANESE
QVAE . PROVOCAVERUNT . ADEO . IVDICIVM
FERDINANDI . IV . P. F. S. A.
VT HONORE
CINGVLI . MILITARIS . FVERIT . ILLE . DIGNATVS
QVALIS . DECEMPEDATOR . AEQVISSIMVS . IN
DIVIDVNDIS
AGRIS . REGALIBVS
VENATORII . RVRIS . SALTVSQVE . PERSANENSIS
ET . HONORIFICO . DIPLOMATE
PRAEFECTVS . CALLENTISSIMVS . ARCHITECTVS
CVRANDAE . PRO . DIGNITATE
REGIAE . DIAETAE

VII.

III.

D. O. M.
IVSTISSIMO . REMVNERATORI
MERITORVM . CARMELI . CALVANESE
QVI . TEMPLVM . HOC
DISIECTIS . PARIETINIS
PRO . EO . AC . TEMPLI . RECTOR . EXPE
TIVERAT . INSTAVRANDVM . LAXANDVM
AMPLIFICANDVM
SVSCEPIT . PERFECIT . ABSOLVIT
INGENTI . SVA . COLLATA . PECVNIA

VIII.

IV.

CARMELVS . CALVANESE
VIR . PIENTISSIMVS
VT . EXSTARET . MEMORIA . SVAE . PIETATIS
ERGA . DEVM
PRAETER . ALIA . QVAE . FIERI . CVRAVIT
IN HOC . TEMPLO
ARAM . MAXIMAM
VARIO . MARMORE . INTEGI . CVRA
VIT
AC . TVRRIM . CAMPANARIAM . VETVSTATE
PENE . COLLABENTEM
ORNATIVS . REFECIT . MVNIVITQVE
COLORATO
TEGVMENTO . LATERITIO
AB . IMO . VSQVE . SVSVM
QVOD . PERPETVO . FELICITER

IX.

V.

CARMELVS . CALVANESE
VERE . NATVS . PVBLICO . BONO
QVI
COMMODO . POPVLI . QVO . MAGIS
PROSPICERET
MAXIME . CAELO . PLVVIO . AVT
PROCELLOSO

TE-

TESTAMENTO
CAVIT
VT . IN . SACELLO . DOMVI . SVAE
CONTINENTI
FIERET . IN . LVCIBVS . FESTIS . ET
PROFESTIS
PIACVLARE . SACRVM . LEGATIS . . . . ;

X.

VI.

CARMELO . CALVANESE
VIRO . RELIGIOSISSIMO . ET OMNIA
(a) PRAESTANTISSIMO
FRANCISCVS . CALVANESE . FILIVS
MERITISSIMVS
QVO . TESTATIOR . ESSET
MEMORIA . SVAE . PIETATIS . ADVER-
SVS . PATREM . ET
FAMA . PATRIS . APVD . POSTEROS
HVIC . SEPVLCHRO . SIVE . MONIMENTO
LAPIDEM . MARMOREVM . ET . LITTERATVM
POSVIT . CVM . LACRIMIS

 XI.

(a) Hanc syntaxin inveneritis apud Gruter. DCCCXLI. 3. & 6. *Neratio . Cereali . . . . Cursius . Satrius . patrono . omnia . praestantissimo . & . Meretio . Scopio . . . . . Curtius . Satrius . nutritor . ejus . patrono . omnia . praestantissimo .*

XI.

In Sepulcro D. Angeli Biancardi oriundi ex Fracta Majori.

HEIC . SITVS . EST
ANGELVS . BIANCARDI
ORTVS . E . MVNICIPIO . FRACTAE . MAIORIS
MEDICVS . CONSVMMATAE . PERITIAE
QVI
GRASSANTE . LVE
DVM . NAVABAT . OPERAM . SEDVLAM
AEGRIS . MEDENDO
EHEV
IMPLICITVS . MORBO
DIEM . OBIIT . SVPREMVM . AN . CIↃDCCXCV
CVM . MOERORE . ET . LVCTV
AGNETIS . MVTI . CONIVGIS . MISERRIMAE . ET
CAMILLAE . BIANCARDI . FILIAE . INFELICIS-
SIMAE
VIXIT . AN . . . . MENS . . . DIES . . . . .

XII.

In obitu Andreae Biancardi municipii Fractensis.

I.

ANDREAS . BIANCARDI
MVNICEPS . FRACTAE . MAIORIS
CAVSSIDICVS . OPTIMVS
MARITVS . ANTONIAE . PORTANOVA
NATVS . AN. XLVII.

FI-

FINIVIT . DIES
XV. KAL. IANVAR. AN. CIↃDCCXCV.
ELATVS . OMNIVM . LACRIMIS

XIII.

II.

ACERBA . MORS . PRAERIPVIT . ANDREAM BIANCARDI . HOC . EST . PRAERIPVIT . ANTONIAE . PORTANOVA . CONIVGEM . OMNIBVS . EXEMPLIS . DE . SE . BENEMERITVM IOSEPHO BIANCARDI . FILIO . PATREM . SVMMA . PIETATE . DILECTVM . AMICIS . AMICVM . CARISSIMVM . EGENIS . LARGISSIMVM DATOREM . CLIENTIBVS . PATRONVM . SVAVISSIMVM . ET . INIMITABILEM (a). IN . COMPONENDIS STLITIBVS . EX . AEQVO . ET . BONO . INVIDA MORS . . . . .

XIV.

In sepulcro Andreæ Biancardi.

III.

HEIC . EXSPECTAT . RESVRRECTIONEM
MORTVORVM
ANDREAS . BIANCARDI
VIR . ELEGANTISSIMVS.

CV-

(a) *Inimitabilem* legere poteftis apud Fabrettum pag. 19?. infcrip. 445. in fine : FL. PAREGORIVS . INIMITABILI . CONIVGI . FECIT.

CVIVS . OBITVM . MAXIME . DOLENS
IOSEPHVS . BIANCARDI
FILIVS . AMANTISSIMVS
VT . SIGNIFICATIONEM . AMORIS . IN . PA
TREM . FACERET
HVIC . HYPOGAEO . CONDITORIO . GENTILITIO
NOVVM . LAPIDEM . MARMOREVM
CVM . LACRIMIS . P.

XV.

In sepulcro D. Johannis Baptistæ Diana Sacerdons in Casali Principis.

IOHANNI . BAPTISTAE . DIANA
SACERDOTI . A . CONFESSIONIBVS
PIENTISSIMO . IN . EXEMPLVM
FRANCISCVS . DIANA . GERMA-
NVS
QVOIVS . PECTVS . MEMORIA
DESIDERATISSIMI . FRATRIS . EFFODIT
HONORIS . CAVSSA . DEDIT . HOC . SA
XVM . MARMOREVM SCRIP
TVM . VT . LEGAT . POSTERITAS
PERPETVVN . MONIMENTVM . ET . PIGNVS . AMORIS

XVI.

In sepulcro Emmanuelis Storace S. Anthimi.

EMMANVEL . STORACE
DILIGENTISSIMVS . PATERFAMI
LIAS

LIAS
POSTQVAM . AVXIT . REM . SVAM
FAMILIAREM
QVIA . SCIBAT . MORIVNDVM . SIBI
PROVIDIT . DE . DOMO . AETERNA
ET . HOC . MONIMENTVM . COMPARANDVM
CVRAVIT . AN . CIↃDCCC
QVO . INFERRENTVR
IPSE.CONIVX.FILII.LIBERIQVE.POSETRIQVE.EIVS. VT
QVIA . VIVIS : STETIT . CONCORS . ANIMVS.
IACEAT . MORTVIS . CONCORS . CINIS.
H. M. H. E. N. S.

XVII.

In sepulcro D. Francisci Coppola Sacerdotis Casalis Principis.

FRANCISCVS . COPPOLA
SACERDOS . A . CONFESSIONIBVS
EA . BONITATE . PRAEDITVS
A . QVA . CETERI . CAPIANT . EXEMPLVM
VIX. AN. ... MENS . DIES . . .
CVM
TOTO . VITAE . CVRRICVLO . FVERIT . SVB
CLIENTELA . DIVIPARAE . MARIAE
SOSPITAE . CASALIS . PRINCIPIS
COGNOMINE . PRETIOSAE
VT . HVIVS . IN . CLIENTELAM.
MAXIME . RECIPERETVR . MORTVVS . SVB
ADVERSA . FRONTE . EIVS . ARAE
EFFODIENDVM . CVRAVIT

TV-

TVMVLVM
IN . QVO . SITA . SVNT . ILLIVS
OSSA
H. M. H. N. S.

XVIII.

In obitu D. Bernardi Carobene Hebdomadarii Cathedralis Ecclesiæ Aversanæ.

I.

BERNARDO . CAROBENE
AVERSANAE . CATHEDRALIS . ECCLESIAE
MANSIONARIO
QVOD . SVA . MORVM . INNOCENTIA
MODESTIA . VITAI . INTEGRITATE
ILLVSTRARIT . CORPVS . MANSIONARIORVM
HI . OMNEIS . AD . VNVM
VT REDDANT . VICEM
IVSTA . PERSOLVVNT
AERE . COLLATO

XIX.

II.

in feretro:

BERNARDI . CAROBENE
QVOD . MORTALE . FVIT
CORPVS . MANSIONARIORVM . HEIC

DE-

DEPOSIVIT
ANIMVS . AVTEM . IMMORTALIS
EVOLAVIT . AD - CAELVM
OB EXIMIAM . SANCTITATEM

XX.

III.

BERNARDVS . CAROBENE
SACERDOS . MANSIONARIVS
ECCLESIAE . CATHEDRALIS . AVERSANAE
MIRVM . QVANTVM
DEBEAT . HVMILITATI . CHRISTIANAE
QVAE . EVM . HVMILI . LOCO . NATVM
EVEXIT . ADEO
VT
VIVVM . LATE . PRAEDICAVERIT . MAGNVM
MORTVVM
CONIVNXERIT . INTIME - CVM . DEO
ET . BEAVERIT
XAIPE . BERNARDE

XXI.

IV.

BERNARDVS . CAROBENE
QVOD. EXCESSERIT. EX. HAC. VITA. NON. EST
MORTVVS . SED . SVAE . DEVOTIONIS . COM
MISSVS . CVM . ENIM . ACCIDEBAT . ANTE . PE
DES. IESV. LATENTIS. IN . EVCHARISTIA . ET

DIVTINIS . HORIS . NOCTVRNIS . ET . DIVRNIS
ORABAT . CVM . LACRIMIS . TVNC . CVPIEBAT
DISSOLVI . ET . ESSE . CVM . CHRISTO . NVNC . FACTVS . EST
COMPOS . PRECIBVS . ANIMA . NAMQVE . EXV
TA . TRABEA . CARNIS . EXOPTATISSIMAM
VITAM . VIVIT . IPSA . ET . IN . IPSA . VIVIT
CHRISTVS

In funere Archiducissæ Mariæ Clementinæ Austriacæ.

XXII.

I.

MARIAI . CLEMENTINAI
CONIVGIS . INCOMPARABILIS
FRANCISCI . BORBONI . PRINCIPIS . IVVENTVTIS
PARENTALIA
CIVEIS . ET . ADVENTOREIS . ADESTE
VT . ANIMAI . SANCTISSIMAI
BEATITATEM . DEPRECEMINI

XXIII.

II.

EGO . MARIA
CLEMENTINA . AVSTRIACA
LEOPOLDI . IMPERATORIS . F
VXOR . FRANCISCI . BORBONI
PRINCIPIS . IVVENTVTIS

NV-

NVRVS . FERDINANDI . IV. ET
MARIAE . CAROLINAE
VTRIVSQVE . SICILIAE . FELICITER
REGNANTIVM
ITA . VIXI . VT . IN . INTROITV . AETATIS
DIDICERIM . DEVM . COLERE
ET . APPRIME . BENE . VELLE . MISERIS
(a) PRIMAEVITAS . VERO . FVERIT . EIVSMODI
VT . EAS . OMNES . VIRTVTES . EXCOLVERIM
QVEIS . CASTISSIMA . FOREM
ET . RELIGIOSISSIMA
NVPTA . TANDEM
INDVSTRIE . NAVAVERIM . OPERAM
VT . ESSEM . VIRO . MEO
OBSEQVENTISSIMA . ET . FIDISSIMA
DIXI . DE . VITA . MEA
NVNC . VERO . VRGENTE . MORTE
AD . BEATORVM . REGIONEM
ET . SANCTIMONIAM . DEMIGRAVI
FRANCISCE . CONIVX . DVLCISSIME
NE . GEMAS . EGO . BEOR
AGE . POTIVS . PRO . ME
DEO . O . M. GRATIAS . MAXIMAS
ET . BENE . SIT . TIBI

(a) *Primævitas:* adite, si placet, Gruter. pag. CCCLXI. 1. ubi: *Ragonio . . . . a . primo . ætatis . introitu . in . actu . publico . fideli . exercitatione . versato . cujus . primævitas &c.*

XXIV.

III.

INOPES . EGENI
ET . QVOTQVOT . ESTIS . ADVERSA . FORTVNA . PRESSI
LVGETE . INSOLABILITER

INCISA . SPE . VESTRI . SOLATI
HOC . EST . ACERBA . MORTE . PRAEREPTA
MARIA . CLEMENTINA . AVSTRIACA
QVAE . PRO . VOBIS . ALENDIS
ET . ADIVVANDIS
MODO . MVNDVM . MVLIEBREM . DISTRAXIT
MODO . CARISSIMOS . VNIONES . OPPOSVIT . PIGNORI
QVANDO . HVIC . PAREM . INVENIETIS
PRO . DOLOR . . . .

XXV.

IV.

MARIA : CLEMEMTINA : AVSTRIACA
TOTIVS . ADMIRATIONIS . HEROINA
PRAESERTIM . SVB . EXCES
SVM . SVAE . FINITAE . MORTALITATIS
CVM . PRORSVS . OBLITA . SVI
CARISSISSIMI . CONIVGIS
AC . SVAVISSIMAE . FILIOLAE
SOLVMMODO . VERO . MEMOR
ET . SOLLICITA . SALVTIS . AETERNAE
ITA . DEFIXA . OBTVTV . IN
IMAGINEM . IESV . CHRISTI . CRVCI

SVF-

SVFFIXI
SESE . PENITVS . IN . HVIVS . CON
TEMPLATIONEM . IMMERSIT
VT
EAM . INTIMO . ANIMI . PIENTISSIMI . SENSV
INTERIM . COMPLEXA
INTERIM . EXOSCVLATA
VITAM . MORTALEM . CVM . IMMORTALI
COMMVTAVERIT
O . ANIMA . RARISSIMI . EXEM
PLI . QVAM . OPTIME . DE . TE
ACTVM . EST

XXVI.

V.

MEMORIAE . SEMPITERNAE
MARIAE . CLEMENTINAE . AVSTRIACAE
INVIDA.MORS..NOBIS.TIBI.SED.CVM. STAMINA. RVPIT
VITAI. PRETIOSA. FVIT. NAM. CAVSSA. DOLORIS
EST.NOBIS.IACTVRA.TVI.SED.ORIGO.BONORVM
CLEMENTINA . TIBI . TVVS. HINC.FVIT . EXITVS. ILLE
QVO PERTAESA. VIRI TERRENI. AD. SIDERA. MIGRAS
VT.SPONSO.AETERNO.QVEM.TOTO.PECTORE.AMASTI
DES DEXTRAM. ET VINCLO.SECVM. TENEARE.IVGALI
TENE.ECQVA.HEROINA.POTEST.FELICIOR.ESSE

In

In obitu Francisci Vargas Macciuccæ.

XXVII.

I.

FRANCISCVS . VARGAS . MACCIVCCA
VIXIT . AN. . . M. . . D. . .
A . PVERO
INNVTRITVS . STVDIIS . OMNIVM . SCIEN
TIARVM . APPRIME . IVRIS
ANTEIVIT . OMNES . AEQVALES
SVAE . AETATIS
DEINDE . PROVECTIOR . ANNIS
EMICVIT . ITA
VT
MERVERIT . IN . FORO
FVNGI . OMNIBVS . HONORIBVS . ET
MVNERIBVS . MAGNA . CVM . LAVDE

XXVIII.

II.

FRANCISCVS . VARGAS . MACCIVCCA
RENVNTIATVS . FISCI . PATRONVS
ET . PROCVRATOR . REGI . PATRIMONI
IMPENDIT . TANTAM . OPERAM
IN.RES . FISCALES . REGALESQVE . CVRANDAS
ET . IN . MAIVS
PROVEHENDAS
SINE . FRAVDE . ALIORVM

VT

VT
CAROLVS. III. VTRIVSQVE. SICILIAE . REX
OPTIONEM. DEDERIT. PETENDI. QVODLVBET
A . SVA . REGALI . MVNIFICENTIA
SED . VIR
QVANTVM . REGI . ACCEPTVS
TANTVM . ABSTINENTISSIMVS
PRO . INSITA . MODESTIA . SVA

PERSOLVTIS . GRATIS . MAXIMIS . SINGV
LARIBVS . VERBIS
DE . LARGISSIMA . LIBERALITATE . REGIA
NIHIL. ALIVD. ACCIPERE. VOLVIT. PRAETER
OPTIMAM . VOLVNTATEM
DISCITE . QVI . LEGITIS . PERRARVM . EXEM
PLVM . ABSTINENTIAE
PRO. DOCVMENTO. RELINQVENDVM. POSTERIS

In sepulcro Cajetani Celani Regii Consiliarii.

XXIX.

QVAERIS . HOSPES . QVIS . SIT . IN . HOC
OSSVARIO . SITVS
CAIETANVS . CELANO
SITVS . EST
CIVIS . MELPHITANVS . ADVENTOR . IN
HANC . VRBEM . NEAPOLIS . VBI
CONFECTO . STVDIORVM . CVRRICVLO
EVASIT
ITA . DISERTVS . ET . ELOQVENS . CAVSSI
DICVS . VT . FVERIT
ADLECTVS . IN . ORDINEM . IVDICVM
M. C. V.

ET

ET . POST . PAVLLO
INTER . PATRES . S. R. C. VTROQVE
MVNERE . FVNCTVS . NITIDE . PORRO
MARITVS
MARIAE . ANTONIAE . DE VICA
RIS . PATRICIAE . GENTIS . SALERNITANAE
SVSCEPIT . SEX . LIBEROS . VTRIVSQVE . SEXVS
ADOLESCENTES . MAGNAE . SPEI
INFORMATOS
EA . PIETATE . RARISSIMA
QVA . IPSE . ENITVIT . ERGA . DEVM
CARVS . ETIAM . FVIT
IIS . ANTE . OMNES . QVI . DOCTRINA
ERVDITIONE . PRVDENTIA . SANCTITATE
PRAELVCERENT
FELIX . LAPIS
QVI . CONTEGIT . OSSVA . TANTI . VIRI
ORA . VT . IN . PACE . QVIESCAT . ET
ABI

In honorem Antonii Malvasio Parochi S. Andreæ Urbis Aversæ.

XXX.

ANTONIO . MALVASIO
OLIM . VNI
EX . TRIVMVIRIS . ECCLESIAE . DIVI . IO
HANNIS . EVANGELISTAE
VRBIS . AVERSAE
NVNC
ECCLESIAE . DIVI . ANDREAE . APOSTOLI
EIVS.

EIVSMET . VRBIS . CVRIONI
VIRO . POLYHISTORI
QVALEM . PRAEDICAT . FAMA . PERVAGATA
QVA . EX . INGENIO . PERACRI
QVA . EX . OPERIBVS . ET . LIBRIS
NVPER . EDITIS
DOCTIS . SCILICET . ET . LABORIOSIS
DIGNO . PROPTEREA . ET . MERITO
VT . POSTERITAS
NOMEN . EIVS . CONSECRET . AETERNITATI
CRESCENTIVS . CORVINO . FIDISSIMVS
AMICVS
CVM . NON . POSSIT . PRO . EO . AC . MEREAT
ILLVM . LAVDARE
HOC . EPIGRAMMATE . SCRIPTO
GRATVLATVR . ET
REDDIT . EI
TESTIMONIVM . SINCERISSIMI . AMORIS

In honorem Dominici Buonanni Parochi Casollæ.

AD . VIVACEM . RECORDATIONEM
ET . MEMORIAM . SEMPITERNAM
DOMINICI . BVONANNI . PAROCHI
CASOLLAE . VIRI . ERVDITISSIMI . QVI
VIRTVTE . SVA . SVBACTA . PERVENIT
EO . VT . ERVERIT . E . TENEBRIS
VETVSTATIS . ET . COMMISERIT
LVCI . VERITATIS . INSIGNIA . FACTA
DIVORVM
CYPRIANI . ET . IVSTINAE . NON . SINE
HORVM . MAGNA . GLORIA . ELVCVBRATA

DIATRIBA . DE . TOTA . VITAE . RATIONE
EORVM
DIVI . SYNNAI (a)
CYPRIANE . ET . IVSTINA
ADESTE . QVAESO . ET . PATROCINAMINOR
HISTORIOGRAPHO . VESTRO . BENEMERITISSIMO
ET . OMNI . LAVDE . . DIGNISSIMO .

In tralatione Cadaveris Pii VI. Romam .

XXXII.

I.

HAEC . POMPA . FVNEBRIS
DEDVCIT . OSSA . PII . VI. PONT. MAX.
ILLVSTRATORIS . SEDIS . ROMANAE
AEMVLATI . SCILICET
ILLVSTRIA . FACTA . VETERRIMORVM
MAXX. PONTIFF.
O . QVOTQVOT . ESTIS. VIRI . ET. MVLIERES
CVIVSVIS . AETATIS . ET . ORDINIS
OBVIAM . PRODITE . VT . DICATIS
AVE . PIE

XXXIII.

(a) *Divi Synnai dicuntur SS. Cyprianus & Justina, quia in Diœcesi Aversana habent sibi sacram eandem Ecclesiam, ut in Terra S.Cypriani. Porro hoc nomen invenitur apud Gruterum pag. LXXXVIII. 2. DI . SYNNAVI . Dixi vero Synnai potius propter ea quia cum derivetur a* ξὺν *&* ναός*, debet eliminari illud v., nam cum ab eodem* ναός *formetur* pronaum*, non fert secum v., hinc apud Gruterum pag. CLXXII. 3. C. LUCTIUS . . . . PORTICUS . P. CCLX. . ET . EXEDRAM . ET . PRONAON . ITER . . . . Ubi animadvertite non dici* pronavon*: & inscrip. 2. p. XXVI. . . . C. MENATIUS . . . PRONAVM . DE . SVO . FECIT . EX . TOTO.*

XXXIII.

II.

ECCE . TIBI . ROMA . CINERES . PII . VI.
QVI . POSTQVAM . CONCESSIT . FATO
IN . REGIONIBVS . LONGINQVIS
MOLESTE . TVLIT
TE.POTITAM.RELIQVIIS.SVPERIORVM.PONTIFF.
SVAS . DESIDERARE
HINC . EXORAVIT . AB . DEO
O. M.
VT . TVI . VOTI . FIERES . COMPOS
QVI.BENIGVS. ANNVIT . OB . EIVS . MERITA
ET.DONATAS.ILLAS.TIBI.VOLVIT.HAC.LEGE
VT . HABERES . EAS .
TAMQVAM . MONIMENTVM . ILLIVS. AMORIS
ERGA . TE
MEMOR . ESTO . TANTI . PIGNORIS

XXXIV.

III.

IMMENSVS . NVMERVS . VIRTVTVM
QVAS . PIVS . VI . EXCOLVIT . A . PVERO . CON
IVNCTVS
CVM . ANIMI . ALTITVDINE . IN . DIFFICIL
LIMIS . TEMPORIBVS
ITEM . CVM
SVMMO . STVDIO . SERVANDAE . SARTAE
TECTAE . CHRISTIANAE . RELIGIONIS . CATHOLICAE

ITEM . CVM
ET . MAXIMA . SADVLITATE . IN . PASCENDIS
OVIBVS. CHRISTI . VERBO . ET . EXEMPLO . ET
CVM
CETERIS . ALIIS . QVAE . TOTO
TEMPORE . PONTIFICATVS . ORNARVNT . EVM
MERVIT
VT . DEVS . CAELI . SEPREMVS . IMPERATOR
EVOCARET . IPSVM . E . STATIONE . VITAE . AD
REGIONEM . SANCTIMONIAE
VBI
ELARGITVR . ILLI . QVICQVID . OBLECTANEVM
EST . IN CAELO

XXXV.

IV.

PARS . VNA . SIVE . CORPVS . EXSTINCTVM
PII . VI. DEDVCITVR . ROMAM . PARS . AL
TERA . SIVE . ANIMVS . EDVCTVS . EX . ERGASTV
LO . CORPORIS . EVOLAVIT . EO . QVO . DIVINVS . ME
RITORVM . REMVNERATOR . VOLVIT . VT . CVM . XX . ET
V . ANNIS . CIRCITER . REXISSET . CLAVVM . ECCLESIAE
VNIVERSAE . PERFVNCTVS . TOT . LABORIBVS . ET . PERI
CVLEIS . CVM . TANTA . CONSTANTIA . ET . PRV
DENTIA . ACCIPERET . CORONAM . IVSTITIAE
ET . AETERNA . CVM . REQVIETE . VIVERET
CVM . DEO

In

In Conotaphio D. Tereſiæ Carafæ Principis Roccellæ in Tuberola.

In foribus Eccleſiæ.

XXXVI.

I.

PARENTATVR
TERESIAE . CARAFAE
HEROINAE . SVPRA . OMNES
RETRO . FEMINAS . ILLVSTRES
PRAEDICABILI
OB . EIVS . PRAECLARISSIME . GESTA
QVIBVS . COMMODVM . EST . ADESSE
INQVILINI . ET . ADVENAE
EIA
INGREDIMINOR . HANC . AEDEM : SACRAM
ET . PERSOLVITE . IVSTA
ANIMAE PIENTISSIMAE.

In tumulo.

XXXVII.

II.

TERESIA . CARAFA . COMES . POLICASTRI
PRINCEPS . SACRI . IMPERI . ROMANI . ET
ROCCELLAE

MA-

MATER . OPTIME . MERITA . DE . FILIO . GE
RARDO . CARAFA
VIXIT . ANNOS . LXXII. MENS. X. DIES . XXIII.
DECESSIT . VI. EIDVS . MARTIAS
AN. CIƆIƆCCCIV.
HOC . EST
POSTQVAM . ENITVIT . OMNIBVS . CHRISTIANIS
VIRTVTIBVS . APPRIME
PIETATE . ERGA . DEVM
ET . MISERICORDIA . IN . PAVPERES . ET . EGENOS
ANIMA . SEDVCTA . CORPORE
CORPVS . ILLATVM . SEPVLCRO
ANIMA . VERO . REVERSA . EST . EO . VBI . ACCI
PIAT . CORONAM . GLORIAE
AETERNALIS
PRO . SVIS . MAXIMIS . MERITIS

In obitu Caroli III. Borbonii Hispaniarum Regis.

XXXVIII.

CAROLVS . III. BORBONIVS
PRIMO . VTRIVSQVE . SICILIAE . DEINDE
HISPANIARVM . REX
AMOR . ET . DELICIVM . POPVLORVM
EHEV
EXCESSIT . E . VITA
RECRVDESCIT . MAGIS . VVLNVS . ACCEPTVM
AB . DISCESSV . EX . HOC . REGNO . NEAPOLITANO
VT . HISPANIS . IRET . REGNATVM . TVNC
NOS . ICTI . DESIDERIO . SVI
CONGEMVIMVS

SED

SED . LENIVIMVS . ACERBVM . DOLOREM . ET
CONSOLATI . FVIMVS
MEMORIA . EIVS
QVI
LICET . IN . ALIENO . SOLO . TAMEN . VIVEBAT
FELICITER
OBITO . MODO . ET . EX . OCVLIS . OMNIVM
ABLATO
HAEC . EST . GRAVISSIMA . PLAGA . ANIMO
INIECTA
QVAE . NVLLAM . VMQVAM
OBDVCET . CICATRICEM
NOS . INFELICISSIMI . . . . .

XXXIX.

MARCVS . TARO
TESTAMENTO . CAVIT . AN. CIƆIƆCCCLXIV
EXSTRVI
SACELLVM . DIVO . ANTONIO . SACRVM
CVM SEPVLCRO . SIBI . POSTERISQVE
SVIS
BENEDICTVS . TARO . MARCI . FILIVS
VT . ESSET
PATERNAE . VOLVNTATI . OBSEQVENTISSIMVS
A . FVNDAMENTIS . EXCITAVIT . SEPVLCRVM
N. VERO . TARO
MEMORIAE . TESTATIORIS . ERGO . HVNC
LAPIDEM . LITTERATVM
P.

XL.

XL.

Aversa in fonte Baptismali SS. Annuntiatae ab Angelo.

SACRVM . HOC . BALINEVM
PVRI . GVRGITIS . CVIVS
LYMPHIS . SALVTARIBVS . ELVITVR . MACV
LOSVM . NEFAS
OMNIVM . RECENS . NATORVM . INFANTIVM
QVOS . MATRES . ENIXAE . SVSCEPERVNT
A . PATRIBVS
VEL . NON . IVSTIS . VEL . EGENIS
QVIQVE . TRALATI . IN . COMMVNE
BREPHOTROPHIVM
TOLLVNTVR . ET . EDVCANTVR
IIIVIRI. ADNITENTES . ANNVI . MODERATORES
D. PETRVS . DE . MAVRO . EQVES . HIEROSOL
D. ALOYSIVS . BASCONE . I. D.
D. IOAN. BAPTISTA . ARCIERO
EXSTRVENDVM . CVRARVNT . E . NOVO
MARMORE . AN. CIↃIↃCCCIV.

LAUDATIO

In funere Francisci Vargas Macciucca.

CUm multa sapienter a majoribus inventa instituta-que sint, tum illud sapientissime, quod amplissimorum virorum, qui ex hac mortali luce ad aliam immortalitate plenam demigrarunt, postquam sese illustrarunt ac nobilitarunt virtutibus excolendis, nomen & memoriam non modo optatissimo honore statuarum atque imaginum, verum etiam sollemni decreta oratione habitaque ab erudito disertoque oratore commendata esse voluerunt. Ita Ægyptii, ita Græci, ita Romani, ita ceteræ pene omnes consuerunt veterrimæ nationes & gentes. Cum sic enim a natura comparati simus, ut sensus ii, qui in capite tanquam in arce collocati sunt, interpretes ac nuntii maximarum rerum non sint, earumque in admirationem nos non rapiant, nisi forinsecus moveamur atque excitemur, oportuit elata voce, quæ aliquo ex edito loco detonuisset, & totam vitam confectam laudabiliter in medio posuisset, & in eam induxisset existimationem, quam nostris ipsi animis infigeremus, ut illam admirati perpetuam tantarum rerum memoriam servaremus. Quapropter ut nos quoque morem consuetudinemque sapientissimorum populorum æmularemur, factum est, ut spoliato lumine vitali FRANCISCO VARGAS MACCIUCCA, viro honestate, gravitate, magnitudine animi, justitia, sapientia, omnibus denique virtutibus magno & excelso fuerit indicta laudatio: Cujus laudationis ut exordirer longam telam difficilemque ac pertexerem, ventum est ad me, & a meipso vehementer postulatum, ut heic perorarem. Sed quamquam frequens conspectus

vester, Auditores ornatissimi, multum me recreet ac reficiat, hic autem locus ad dicendum amplissimus mihi novas vires addere videatur, tamen, ut vere confitear & liberrime dicam, multa mihi succurrerunt, quamobrem tantam provinciam detrectaverim. Venit enim mihi in mentem tum Francisci amplitudo, quam nullius est tantum flumen ingenii, nulla dicendi tanta vis tantique copia, quæ non dicam exornet, sed solummodo enarret, tum exilitas meæ vocis, quam dolor intimus conceptus ex illius obitu interclusit, tum tenuitas ingenii, quod quantum imbecillum sit, facile intelligitis, tum tandem exiguitas temporis, dum cogor in brevis spatii angustias, & in circulum unius diei. At cum postulationes fuerint ejusmodi, ut earum repudiatio superbiam meam, & neglectio improbitatem coarguere viderentur, tantum laborem meo cum maximo periculo suscipere coactus sum invitus. Itaque dicam hodierna luce de Francisco, aut potius præclarissimas laudes ejus summatim perstringam: & quoniam in eo amplificando duæ res potissimum tamquam sororio vinculo devinctæ secum & copulatæ conjurarunt amice, vita scilicet & virtus, vita quod fuerit cultrix virtutis, & expultrix vitiorum, virtus vero quod fuerit ita maxima, ut æternum posuerit ei monimentum, ipsæmet hæ duæ res meam complectentur orationem & sustentabunt, ac vobis qualis quantusque sit Franciscus, ob oculos agnoscendum proponent.

Atque utriusque earum antequam latissimum stadium ingrediatur oratio mea, & a carceribus ad metas omne percurrat, facere non possum, quin illud animadvertam: nimirum etsi qui nos cunque de stirpe prodimus humana, calamitosi prodimus, & nascimur in mise-

ferias, non ita tamen esse de nobis actum pessime, ut neque liceat, neque integrum sit miseriis obsepire viam, atque munire ad felicitatem. Non enim ut stipites aut stolones proseminamur ad lucis hujus usuram, sed ratione præditi & consilio; quorum ope auxilioque sussulti, & quicquid nos beet, & quicquid nos miseros habeat facillime sentiamus. Quapropter videor videre repente eo postquam nati sumus, & adolevimus ætate, nobis idem proponi atque olim illi magno viro, quem summa cum laude celebravit antiquitas, propositum (a) bivium, cujus unus erat aditus difficilis & molestus, exitus autem felix & gloriosus, alter vero principio jucundus ac lætabilis, extremo præceps & perniciosus: quo spectaculo portendebatur longum virtutis & voluptatis discrimen, quarum prima difficultate plena videtur & molestia, deinde evadit amabilis & gloriosa; altera vero principio amabilis, præterea nulla pestis est ea capitalior. Quocirca si nos usi prudentia, ad quam natura finxit, asperam sentamque viam virtutis inierimus, beati sumus & prædicamur, sin rationis transgressi ductum vitiosum calcarimus iter atque exitiale, miseri sumus & infelices. Quæ propterea præcipienda existimavi, quia cum propositum mihi sit exponere vobis vitam Francisci a virtute non sejunctam, id contendo, ut quam virtutis viam puer ille ingressus sit animo virili, vir maxima cum gloria confecerit. Ipsos namque pueriles annos non admiratione vacuos contemplabor.

Quapropter eum in pueritia non dubito comparare cum illo magno natu (b) Eurylocho, qui, teste Homero in Rhapsodia, dum socii sui Circaeis capiuntur illecebris & irretiuntur, evadit solus & elabitur. Nam quid

 po-

poteſt eſſe, quod inefcet Franciſcum puerum & capiat? puerilia fortaſſis oblectamenta? deſpicatui ducit. Cantiunculæ? horret auribus & averſatur. Suaviola feminea etiam materna? reſpuit & aſpernatur. Voluptaria loca? indixit his bellum. Societas cum æqualibus? ſeſe eripit ex ea & evolat. Cetera ludicra? Nihil hujuſmodi profitetur eſſe ſui ſtomachi; ac veluti forent ea Circæa pocula odit & faſtidit. At enimvero ſentio vos omnes de cunctis his, quæ de Franciſco diſputo, qui præcoci conatu ad optimam frugem contendit, admirari, & velle a me poſtulare cujuſnam voce & hortatu puer ille excitetur ita ut in prima ætate ſe virum præſtet? cujuſnam voce & hortatu puer ille excitetur? Habet habet domi ſuæ & magiſtros & monitores & hortatores; habet fumoſas imagines & titulos ſplendidiſſimos tot excellentiſſimorum majorum, qui tantis honoribus tantiſque dignitatibus in noſtris, in Hiſpanis, in aliis provinciis & regnis ornati ſunt, qui ſeſe illuſtrarunt maximis animi virtutibus, prudentia, ſanctitate, modeſtia, chriſtiana pietate, qui fuerunt moribus integerrimi, ſervantiſſimi religionis, litteris eruditiſſimi, jure doctiſſimi, vigilantiſſimi propugnatores ac vindices Imperii, qui multas domi militiæque, multas in foro, multas inter nos, multas inter exteras nationes præclariſſime res geſſerunt, & magnæ famæ reliquerunt nobis impreſſa veſtigia.

Et quidem ut annalium vetuſtatem taceam, & aliquid eruam ex recenti memoria, veniat in mentem facite Johannes ille Chryſoſtomus Franciſci proavus, qui pro ſua ſingulari virtute primo fuit inter nobiles Caſtillæ adnumeratus, deinde poſtquam familiam ſuam Cæſarauguſtanam cum omnibus Laribus traduxit Neapolim inter graviſſimos auctoritate Senatores Supremæ Came-

ræ

ræ Regalis superiori seculo meruit cooptari; ille inquam Chrysostomus, cujus perraræ prudentiæ, & erga Regem fidei mirabilis atque amoris perdurabit memoria, & nunquam obliterabitur, præsertim ob operam diligentissimam, quam navavit Philippo V. Regi leni imperio Hispanias moderanti tum cum Cæsaris Procuratoris munere fungebatur, & ob eam, qua expertæ sunt præditum, benignitatem, Majoricæ, Minoricæ, Ivicæ, ceteræque insulæ frumentariæ, quæ non solum respirarunt illius aspectu, verum etiam virum tamquam e Cælo delapsum & existimarunt & excoluerunt. Recordemini porro Michaelis avi, qui sese sic omnibus hominibus probavit, ut Rector Supremi Consilii Italiæ fuerit designatus, quique ea pietatis, innocentiæ, doctrinæ, sapientiæ, justitiæ dedit in hac obeunda provincia specimina, ut nisi acerba morte fuisset præreptus, principem locum in Collaterali Concilio tenuisset. Igitur hi muta quadam voce ex imaginibus & gloriosis stemmatis colloqui visi sunt, & efficacitate potiori, quam Mercurius Ulyssem præmonuit, in aures parvuli nepotis ita perpetuo insusurrasse: *arripe, Francisce, hæc præcepta: horresce tamquam pestem voluptatem: funa est illa & exitialis: ne assentire suis blanditiis ac delinimentis, ne depraves tuos mores, corrumpas animum, & loco despicatissimi contemtissimique hominis habearis. Vis ne moly* (o) *quoddam adversus illud venenum? ingredere virtutis iter, eamque sectare, & complectere veluti carissimam matrem, quæ postquam lacte suo te nutriverit, ad felicitatem perducet: hæc porro est sola atque unica nobilitas: neo te perterrefaciat horridus ejus aspectus, quam comiorem experieris & probabis: nulla sit hac potior sententia, nulla te impediat mora aut tardet. Adeo a teneris virtuti consequendæ multum est!* Qui-

Quibus ille tacitis vocibus commotus & documentis imbutus velut alter Cato non ætate, sed consilio gravitati severitatique servit, & semotus a puerili consuetudine sibi sternit iter ad summam gloriam comparandam: namque video flagrantem studiis animum virtutem excolendi, & ceteros omnes suos æquales longe anteeundi; quæ studia eo magis effervescunt, cum viva vox accedit Thomæ Vargas Macciucca patris sui, qui valebat apud eum tum dulcissima commendatione naturæ, quia pater erat, tum ipsa hujus magnitudine; hic ille enim est Thomas, quem principem in omni virtute dicam; eo quod non modo majorum virtutes in sese derivandas industria quadam & diligentia singulari curavit, verum etiam alias atque alias novas & eas maximas avitis paternisque adjunxit atque accumulavit. Quo factum est, ut cum justissima Regia voluntate ob præclara merita fuerit ille adscitus inter Patres Cameræ Regalis, cives & advenæ simul atque honorificentissimis in iis sedibus aspexerunt sedentem, communi plausu & variis optimarum voluntatum significationibus exceperint. Itaque tantus Pater tum enarrando, tum lectitando insignia facta patrum, tum sese exemplar ad imitandum proponendo dulcissimi filioli ingenium ad ingentia quæque facta excitabat. Franciscus igitur ortus e sanguine generoso, instructus memoria gestorum tot insignium, eruditus a patre ingeniosissimo quantum in instituto studiorum suorum curriculo profecerit, difficile dixerim; presertim cum vix decem natus annos eorum eruditissimorum Præceptorum, qui in Societate Jesu florebant, traditus est disciplinæ; etenim brevi eminuit adeo in humanitate politiori, ut mihi qualis Archias ille, cui, teste Tullio, *celeriter antecellere omnibus ingenii gloria con-*

contigit, esse videatur. Ut enim proficit aetate, sic virtute proficit. Vos vos mecum colloqui velim possitis, o condiscipuli, & edisserere quis erat Franciscus in illis publicis gymnasiis, quoties cum eo certastis, & cessistis sicut umbra soli, ita quidem ut cum jactat antiquitas omnes aequales studio suo T. Pomponium Atticum incitasse, floccifaciam, atque illi non modo incitantem, verum etiam vos perlongo intervallo post se relinquentem Franciscum opponam. Sed quid condiscipulos nomino? vos potius appello, litteratissimi Praeceptores, qui sic fuistis in illius ingenii admirationem rapti, ut vos evolare, non progredi dictitaritis. At cum res ita sit, atque ego qualem Archiam dixerim Franciscum, nunc me ipse retexere cogor, eumque non Archiae parem, sed illo multo majorem, qui non modo excoluit musas, sed in omni genere eruditionis exiguo tempore evasit versatissimus: scit enim Latine, scit Graece, scit Hebraice & Arabice, & Gallice & Germanice; neque est ulla natio, cujus sermonem non ille sit eruditissimus. Sit satis hoc unum pro testimonio tanti ingenii dicere, quod egit cum eo doctissimus Eucherius de Quintiis, antequam a se sapientissime scripta typis mandaret: nimirum noluit hic illa luci committere, nisi subacto peracrique judicio Francisci subjiceret, atque hujus probationem consequeretur. Tantam existimationem apud viros amplissimos ille sibi comparavit;

Praesertim postquam majora protulit ingenii sui indicia & argumenta, nempe tum cum facto gradu ad alias difficiliores facultates se dedit philosophia instituendum, qua in facultate, nolite a me quaeso commonefieri quantum progressus sit: quem namque exitum orationis inveniam? ipsi enim meministis quantum in logi-

gicis, quantum in physicis, quantum in geometricis; quantum in ethice profecerit, quantumque nomen pepererit sibi; etenim ipse festino, ut illum veluti novum Sacerdotem in sacraria legum contempler inductum, & omnia lustrantem vobis commonstrem, quod dum facio, id in animum inducatis volo, ut ea mysteria veterum jureconsultorum, quæ Cicero deridet pro Muræna, quæque evulgata & *excussa inanissima prudentiæ reperta sunt, fraudis autem & astutiæ plenissima*, prorsum præterierit. Quocirca contendit eo primum, quo ducit jurisconsultissimus Tribonianus, & se totum profundit in evolvendas *Institutiones*; at esset ei quasi parum illas didicisse, progreditur, & vorat Pandectas; nec satis habet ipsemet hoc etiam, vorat & Codicem Repetitæ Prælectionis: restat aliud deinde, nempe quoniam increpuit eidem suspicio se in tam celerrimo cursu posse labi & in errorem impelli, quærit lumen ab amplissimis viris, ab iis sibi facem præferri curat. Quare percurrit Cujacium, percurrit Donellum, percurrit omnes clarissimi nominis interpretes, quos locupletissima Bibliotheca paterna servat & stipat; immo præterea venit ad ejus aures quosdam recentissimæ memoriæ viros alios esse, qui jus civile justinianæum magis atque magis illustrarunt. Quamobrem certos homines mittit in longinquas regiones, qui sibi de hujusmodi novissimis provideant operibus. Ergo comparavit excelsæ virtutis eruditionisque & Nood, & Byncherfoech, & Heinecium, & Huberos ambos Ulricum Zachariamque, & Merillum; atque interdiu noctuque in his elaborat, in his vigilat, in his elucubrat. Informatus igitur ita plenissime legibus omnium gentium communibus se vertit alio, atque ad jura Neapolitana intendit animum, & celerrime perdiscit cunctas le-

leges, cunctas Constitutiones, Cunctas Consuetudines, cunɔ cta statuta & urbis, & omnium Provinciarum Regni Neapolitani. Nec potito illi tantarum rerum notitia satis est etiam factum, qui fervet alio desiderio, & expetit imbui jure Pontificio. Quapropter exspatiatur, & pervolutat libros omnes Gregorianos, omnes Bonifacianos, omnes Clementinos. Quid vos longo sermone morer? decurrit omne *Mare Magnum* Bullarum veterum & novissimarum. Audivi a multis prædicari quemdam *(d)* Cimonem Miltiadis Filium Atheniensem magnam juris civilis habentem prudentiam. Quid? huncine ephebum juris solummodo Atheniensis peritum cum Francisco pulcherrime leges & Neapolitanas, & Municipales, & Pontificias, & omnibus populis gentibusque communes ego callentem æquiparare audebo? Quibus ita sese habentibus, est mihi, o Francisce, quod tibi maximopere gratuler, cum videam tecum actum multo melius esse, quam cum Jacobo Cujacio; hic enim de se querebatur *perdidisse fervidam ætatem*; tu vero non perdidisti, sed magno cum fenore collocasti, & collocasti in iis studiis, quæ neglexit ille primævo in flore. Quapropter, o Thoma Pater, age tandem, & desine tamquam vigil & custos opponere temetipsc foribus ostii & introspicere penetralia cubiculi filii tui aut pseudothyro introgressus adesse citius, quam putaverit ille, ut de ejus studio certiorem te facias, aut indices præficere, qui quotidianæ vitæ rationem ejus explorent atque ad te deferant; non sunt enim lateribus suis calcaria subjicienda, neque suus animus stimulis incitandus, sed potius intra quosdam moderationis cancellos circumscribendus. Enimvero agnovit ille nihil esse nobilius, nihil præstantius, nihil utilius scientia legum, atque harumce du-

 ctu

ctu publica pertractari negotia, quæstiones dirimi implicatissimas, propulsari civium injurias, jus suum tribui cuique, sceleratissimos homines puniri, familias inter pacem & concordiam foveri, mutua exerceri commercia; agnovit etiam sine illis Regna ruere, & everti, respublicas afflictari & dejici, & populos pessumdari; agnovit inquam hæc omnia, & totam operam suam curamque in studium juris impendit. Desine quoque majores tuos summos summisque perfunctos honoribus, tequemetipse ob oculos illi proponere ad imitandum: vos enim non modo imitabitur, vestrisque maximi nominis insistet vestigiis, verum etiam superare conatur, & quam longissime superabit.

Et profecto superavit N. N, ille, qui tantum profecit in jure, ut pater existimaverit tempus esse exuendi eum toga prætexta, & virili induendi, atque in forum deducendi. Venit igitur adolescens jurisperitissimus in forum, & venit is, ut omnes antecelluerit. Testatur hoc omnis Curia, quæ vocem plenam tantæ virtutis & prudentiæ numquam audivit. Testantur ipsi clientes, qui rerum suarum caussas quoties ejus fidei commiserunt, toties discessere certa cum spe victoriæ: quæ res non solum nostrates, sed & alienigenas excivit e sedibus suis, & ut invocarent patrocinium Francisci, induxit; hinc illi Siculi, qui consuerunt in caussis suis prudentissimum quemque advocare patronum, ut in caussa sordidissimi spurcissimique Verris M. Tullium Ciceronem advocarunt, illius in clientelam sese commendarunt; atque eandem ob caussam illius sese fidei crediderunt etiam præclarissimi Melitenses Equites Christiani nominis acerrimi propugnatores, qui sua jura sarta tectaque conservata referunt Francisco. Testantur illi judices, quorum orabat

orabat in conspectu; quique habuerant eundem in tanta existimatione, ut postquam dixerat, communi de consensione in ejus irent sententiam, ejusdemque e sententia decernerent. Enimvero si Franciscus, intra claustra sui pectoris tamquam intra locupletem arcam servet omnia jura & comprehendat velut alter Tribonianus, si polleat ea justitia, ut sicut Aristides cognomine justus appellari mereatur, si dicat eloquentia tanta, quanta aut Pericles, aut Demosthenes, aut Tullius olim potuit disputare, aliter ne censere, contraque ea, quæ dixerit, sentire & decernere potuisse judices arbitramini? ecquid obloquerentur auditores? ecquid ceteri judices? ecquid Curia? ecquid Senatus? ecquid totum forum, cui & in honore est Franciscus, ut illud in decidendis caussis sollemne sit usurpari: *Franciscus ita dixit?* Eo-ne fastigii honoris pervenit ille in foro? quo quid dici fingique potest præstantius, cum ex eo culmine præterea evolarit ad tantam existimationem hominum, ut fama nominis ejus longe lateque pervagata non intra mœnia solum, non in urbe, non in provinciis, non in toto regno, sed prætervecta maximis itineribus ad populos finitimos atque exteros etiam barbaros esse Franciscum Neapolitani Fori decus & ornamentum pleno ore celebraverit? Sed quid dixi evolasse ad tantam hominum modo existimationem, dum etiam evolarit idem ad ceteros summos honores? Quapropter pœnitere me profiteor suscepisse munus pro eo dicendi; non ita difficillimum principio credideram. Etenim proposui vobis ineuntem illius ætatem, tum cum diligentissimam navavit operam studiis humanissimis, & quamquam gustavi primoribus labiis hoc genus vitæ, tamen exspectationi vestræ, quoad ejus fieri potuit, satisfecisse mihi adblandior.

 Per

Perspexistis enim non ulli secundum; sed longe in iis antecellentem. Agnovi porro optimum philosophum; sed ne longius evagarer ego, vestris ingeniis, quantus ille fuerit in philosophia, expendendum reliqui. Intrantem eundem in penetralia legum mihi lubenter onus contemplandi suscepi sperans fore, ut humeris meis illud sustentarem; & re quidem vera hactenus tuli. Nunc vero video Franciscum in hoc genere scientiæ adeo vestigiis rerum præclarissime gestarum nobilitatum, ut nisi turpe foret susceptum onus media in oratione deponerem. Obversatur enim mihi ante oculos immensum spatium, quod ut exsuperem, non sufficiunt vires meæ.

Ea namque commendatissima ratione maximopere probata vita Francisci, reliquum est, ut ad illum campum, in quo latissime patuit ejus amplitudo, deveniamus; ubi scilicet ille, qui communes sapientissimorum hominum consecutus erat approbationes, & capessendis magistratibus, & rebus publicis gerendis, & honoribus pro dignitate sustinendis ad immortalitatem aspiret. Sed hac in re fortasse quæretis quid? utrum fuerit in numerum candidatorum ille receptus? ecquis in tanta viri moderatione pro eo prensaverit? ubi interpretes? ecqui sequestres? quinam commendaverint amici? qua gratia tribum tulerit ipse, & petitoribus aliis superior evaserit? at hæ fuerint aliquando aucupationes honorum ambitiosæ ac tenebris obsoletæ vetustatis. Etenim nulla tabella voluntatis indice, nullis eblanditis suffragiis, nulla populi gratia, Franciscus valuit alia commendatione; pro eo namque satis amice compellavit virtus, eumque vita laudabiliter anteacta virum magnæ spei, atque expectationis rarissimæ fore prædicavit: atque hæ simul ambæ tum maxime commendarunt, cum fidei, prudentiæ, probi-

bitatis, modestiæ, sanctitatis producere testimonia visæ sunt, ac dignas admiratione sapientiaque referras orationes pro caussis agendis in medium afferre, omniumque ob oculos proponere.

Quamobrem nihil est, quod admiremur illum amplissimorum virorum amantissimum studiosissimumque Carolum III. Borbonium tunc utriusque Siciliæ, nunc Hispaniarum Regem ejus adeo & nomen recepisse, & habuisse præ ceteris omnibus rationem, ut totius suæ voluntatis dederit prærogativam. Itaque cum fuerit omnium honorum Franciscus & insignibus & ornamentis conspicuus, nequaquam inducar, ut ea cuncta percenseam enumerando. Quapropter licet assederit ille iis magistratibus, quibus summa cura vectigalium demandata est, interque eos tamquam sol minores inter ignes illuxerit: licet fuerit præterea *Magnæ Curiæ Civilis Vicariæ* judex maximi nominis, cumque viris integerrimis integerrime nitidissimeque judicaverit, licet aliis tandem atque aliis maximis præclarissimisque perfunctus sit muneribus, tamen quosdam cancellos mihi circumdo, & omnibus iis missis factis ad alia eaque ampliora excurrit oratio; nimirum ad ea, in quibus vos omnes animadverteritis nobile voluntatum certamen & clarissimum inter Carolum Regem, & Franciscum, Carolum, qui novis subinde collatis honoribus lacessiverit, Franciscum, qui nova ratione, felicique ausu honoribus iisdem defunctus sit; adeo ut quantum illum munificentissimum largitorem, tantum hunc acerrimum togatum propugnatorem fuisse videatis.

Et quidem ut ordiar a Præsidatu Francisci in Summaria Camera, eque eo deinde ad alios magistratus transiliam, ecquid oro fuit aliud præsidatus ille, nisi ten-

tentamentum virtutis? etenim in summa difficultate temporum, inter tot insidias hominum ad ea, quæ Regis erant, cupiditatis oculos adjicientium, nondum insana compressa aviditate, nec effrenata devicta potentia, multisque rebus Regiis partim distractis, partim distrahendis renunciatus est *Præses* Franciscus; hoc est veluti togatum illum militem magno robore virtutis obvallatum in expeditionem Civilium rerum gerendarum a suo Supremo duce & ut ita dicam imperatore Carolo proficisci decretum est, atque vocatus in eam Cameram tamquam in castrum quoddam justitiæ Præsidali in statione jussus est excubare: quo in loco vigilavit ille (Deus immortalis!) quanta cum providentia! quanta cum cura! quanta cum sollicitudine! quid? factum est, ut vix e specula suæ prudentiæ circumspexerit hic hominum dolos, fraudes, machinationes, illic damna, pericula, exitia, & omnia quidem tum comperiendo, tum cavendo, tum propulsando de calliditatibus hominum vaferrimorum late triumphaverit. His autem de rebus optime gestis cum percrebuisset rumor, & esset Regi nuntiatum, incessit hic omnibus lætitiis de fama, ac secum tamquam justo retributionis faciendæ testimonio strenuissimo viro rependere constituit. Sed quid dabit loco præmii? quid? credideritis, NN.? munus Præfecturæ *Redemtionibus Fiscalium* eidem porro voluit impositum, eo nempe consilio, ut qui prudentia maxima Præsidatum gereret, eadem prudentia duos simul caperet honores. At fuit hoc præmium, an nova Francisci provocatio ad novum certamen? Præmium dicerem & provocationem. Enimvero munus hoc etsi pro Regali magnificentia compensatio simul & excitatio fuerit virtutis ad majora potioraque, nihilosecius arbitratus ad alia virtutem suam potius exci-

ci-

citari Franciscus aliud integravit certamen, atque fide sua duce & quasi signifera caussam Regiam suscepit ex integro & mirifice administravit; ita quidem, ut te dicam, o Magne Carole, vere fortunatum, quem non multæ manubiæ vi captæ bello tantum, quantum integerrimi viri fides officiique magna religio auxit & ornavit. Ecquid igitur in hoc rerum tuarum incremento erit amplius providendum? nam tum ad bellicas expeditiones, tum ad usus quotidianos & ceteras necessitates Regias satis est a Francisco congesta pecunia, inque Arcam conjecta & ærarium. Unum contendas oro: complectere virum, & ejus fove virtutem.

Sed enimvero quid excitem Regalem Munificentiam, quæ licet affatim & honoris & præmii contulerit, tamen alia parat, & eum, qui sustinet dignitatem duplicis honoris, iis, qui bono commodoque publico *Sericorum* provideant, collegam adjunctum voluit. Franciscus igitur potest jure merito gloriari se floruisse tergeminis honoribus, quibus tamen non gradatim fungitur, sed quasi si & *Præsidatus* & *Redemtio Fiscalium* & cura *Sericorum* munus foret unum, illius magnitudo pectoris capit ea omnia, & sustentat. O virum singularem, & omni memoria prædicandum! adeo ne excelluisti? quid ergo modo restat, nisi ut in partem regiminis totius Regni a tuo liberalissimo Rege voceris? immo quodammodo vocatus es.

Nam si quæ summa necessitas intra curricula temporis hujus emerserit, cui occursum eundum fuerit, ecquis providit? N. N.? providit Franciscus. Si qui casus acciderit nec opinus, quem vel averti vel reparari oportuerit, ecquis excepit? excepit Franciscus. Si quod difficillimum intervenerit negotium, quod arte summa su-

erit

erit extricandum, ecquis expedivit? Expedivit Franciscus. Franciscus ergo pro summa Regis in eum voluntate, proque suæ virtutis amplitudine & ad honores & ad munia, & ad ministeria, & ad negotia adhibitus est! atque adeo intra bimi temporis intervallum difficile dictu est quot gradus honorum decurrerit; ita quidem ut si quod a poetis effictum atque deinde inter gentium superstitiones relatum legimus commentum verum foret aut veritati consentaneum, in hujus scilicet Universitatis administratione fuisse quemdam Jovem, qui supremo suo imperio rexerit omnia, & omnia per Mercurii prudentiam expediverit, hac in re eo uterer argumento, & Carolum, qui cuncta in gubernatione Regni Neapolitani per imperium rexit, Jovem, Franciscum vero, qui per prudentiam commissa suæ fidei facienda curavit, Mercurium fuisse assevērarem. Quid? Mercurii fortassis imago a Francisco videbitur abludere? nonne velut alter Mercurius inter homines ille fuit? cujus rei vos vos Patres amplissimi *Regiæ Cameræ Summariæ*, teque etiam Sapientissimus ordo *Sacri Regii Consilii*, testes appello: ecquemnam videre visi fuistis inter vos, cum suborta de jurisdictione quæstione intercessit ille, & disseruit? nonne cum summa sapientia, summaque prudentia nodum solvit & vos vobiscum conciliavit, speciem retulit caduceatoris? Vos etiam testes appello, præstantissimi viri, qui facti socii illius fuistis in *Additione ad Codicem Carolinum*, ecquis vobis videbatur? Numquidnam ejus prope divinum & eloquium & oratio & congressus, & apophtegmata? quoties, rogo, vos ipsi Mercurialem virum appellâstis?

Neque potuisset aliter appellari, qui mirum quantum ceteros ingenio præstitisse videatur: judicate etiam

vos

vos N. N. quibus non latet gravitas feveriffimi judicii Caroli III. voluiffet ne tantus Rex tantis honoribus certare cum viro, nifi incredibili fuiffet hic ornatus fapientia? Quæ fapientia fi maxime prædicavit eum apud cives, fi grande nomen comparavit eidem apud exteras nationes, fi late patefecit aditum & in Magnam C. V. ut inter judices numeraretur, & in S. C. ut unus patrum primo, deinde princeps patrum legeretur, & in Cameram Summariam, ut præfes renuntiaretur, nonne eadem Regis aures perfonare debuit alto fuo clamore, & efficere. ut apud illum tantopere gratia valuiffet? Quocirca non eft admirandum tot ac tantis honoribus Francifcum floruiffe: immo fi progredi velimus, & vobis faftidia non creem, eo magno fonte ad alios & hos præftantiffimos profluxiffe fuperaddam. Cui namque nifi ejus fapientiæ acceptam referam demandatam procurationem Regii Patrimonii, illum nempe magiftratum fupremum, qui nonnifi fapientiffimo cuique fubactiffimæque virtutis viro folet demandari? Francifcus igitur fufcepit hanc maximam difficillimamque provinciam, & in ea adminiftranda ufus eft majori felicitate, quam confuevit uti in ceteris magiftratibus fungendo; fuerit licet in ceteris negotiis expediendis confpicua fides ejus, integritas fumma, nova prudentia, in ea tamen triumphat & exultat ea maxima fapientia, quæ cum fit pene divina, & illius animam pleniffime occupaverit, virum non modo maximum prædicat & fingularem, verum etiam pene divinum.

Et quidem pene divinus fuit in cauffà de reditibus a Rege fufcepta cum dominis ejus pecuniæ, quæ erat pignori oppofita. Quid in hac controverfia? fuperiores illi, inferior vero Rex difcefferit? difceffiffet inferior.

 enim

Enimvero juris humani divinique prudentes viri ceteri *Regiæ Cameræ* pro dominis pecuniæ adversus Regem judicaverunt, id est ut homines & dixerunt, & senserunt, & censuerunt, & ut hominibus illis sic res esse videbatur. Itane Franciscus? Sed si fuisset vel edoctus ab ipsa magistra Sapientia, vel ejus e faustis penetralibus productus, non ita sapienter & dicere, & sentire, & judicare potuisset. Nam penitissima suæ sapientissimæ mentis penetravit adyta, ibique in consilium advocata sua maxima sapientia primo rem, deinde rei momenta pensata voluit. Quid interea? suas esse partes statuit pro Rege differere: differuit immane quanta cum animi altitudine, religione, prudentia. Vos parietes, vos subsellia, tuque *Regia Camera*, quæ præ admiratione tam singularis ingenii vestris e sedibus convelli & quasi commoveri visa fuistis, ejus optarem edissereretis præstantiam; vos saltim summi viri Cameræ Regiæ, qui correpti stupore tantæ Sapientiæ illum non hominem credidistis, huc utinam de ejus magnitudine testatum adessetis, vos inquam, qui doctioribus argumentis Francisci instituti, ivistis in alia omnia ita, ut Regem, qui vestris sententiis primum ceciderat caussa, deinde superiorem discessisse volueritis.

Verum id quod vos verbis exprimere neque potuistis umquam, neque modo potestis, re significantius expressit Carolus ille remunerabundus. Ut huic enim de caussæ victoria perlatum est, rei primum lætatus de eventu, mox miraçulo permotus hæsit recogitans aliquandiu quo præmio tantam virtutem sapientiamque prosequeretur; tandem misit nuntiatum suis verbis quid præmii pro dignitate exspectaret? quid? in hac contentione voluntatum fuerit ecquis magis divinus Carolus-ne, an Franci-

ci-

ciſcus? Carolus pene divinus, pene divinus Franciſcus: ut hic enim intellexit Regiam benignitatem, gratias egit immortales habuitque: deſinite N. N. deſinite admirari (e) Phocionem illum Athenienſem, qui typho neſcio quo ſuperbiæ inflatus teſte Nepote *a Rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret*; admiremini potius oro Franciſcum, qui nulla ſuperbia elatus, ſed religione ductus officii ſe nihil accipere poſſe teſtatus ſit; *ecquod enim præmium exſpectet, qui ſuo ſatis officio faciat, præſertim ſi faveat Regi, cui teneatur*? Reſponſum vere ſapientis! Reſponſum ejuſmodi, ut ab eo veluti quodam ſtimulo excitatus Carolus Regio præconio inſcripto tamquam electiſſimo epigrammate ejus abſtinentia ſimul & ſapientia pleno ore collaudata ad ſempiternam hominum memoriam illum conſecraverit.

Itaque tanto tamque perhonorifico magis atque magis Franciſcus erectus teſtimonio nihil aliud in poſterum neceſſe eſt aggrediatur, niſi ſcilicet ut in omnibus & cœptis & conatis, & rebus ſibi conſtet ſemper eſſe prope divinum: prope divinum igitur illum fingite N. N. & vobis ante oculos ponite: talem namque & probabitis & experiemini. Et re quidem vera ecquis alius viſus eſt ille, cum divina vi ſui ſingularis ingenii fretus e bonis vacantibus Caſalis principis neſcio quem non virilem ſexum contingentem, neque in juſto legitimoque conſanguinitatis gradu conſtitutum prorſus abdicavit? aut cum confiſus uberrima Sapientiæ ſuæ copia patres profeſſos Religionem D. Brunonis rerum non exiguarum jamdiu poſſeſſores confutatos e jure poſſeſſionis exturbavit, auctoritateſque inſtrumentorum diuturnitate longiſſimi temporis confirmatas mancas, earumque momenta nullius ponderis eſſe demonſtravit?

 Sed

Sed longum esset orando cetera persequi, quin ego ipse defetiscar, & vos audiendi satietate delassemini. Quapropter ad exitum suum deproperat oratio mea; & quamvis alia multa præstantissima non diffitear ejus esse, qui & fuerit summa cum gloria Sacri Consilii Pater amplissimus, & sederit Consiliarius maximi nominis Regali in Camera S. Claræ, & caussas egerit sapientissime Sacerdotii simul & Imperii, & non pauca fecerit, quæ nomen ejus æternaverint, nihilominus ea cuncta prætermittam; illa nimirum imago pulcherrima, quam virtus tum de vitæ laudabili ratione, tum de splendidissimis insignibus honorum dignitatumque præstantissimarum assumens ornamenta expressius efformavit, ad eum sufficiat maximopere illustrandum. Et eo magis conor ad exitum pervenire, quod ex improviso dolor exortus intimus mihi vocem intercepit, & ex oculis exprimit etiam lacrimas ita ut lamenter potius, quam perorem; quæro namque Franciscum lumen fori, lumen urbis, lumen universi regni, lumen denique exterarum gentium, & exstinctum sævissimæ mortis ictu contemplor. Quis igitur muta voce non illacrimet huic casui? Tantum virum ablatum nobis? jure merito, Thoma fili infelix, amisso tuo Patre Francisco, & jaces in luctu & squalore: quantum amisisti! Quid faciet Carolus III. cum pervenerit Hispanias funestus nuntius, & hæc retulerit: *obiit Franciscus Vargas Macciucca* ornamentum & columen Regni quondam tui Neapolitani? plorabit? fortasse plorare Regibus indecorum est? quid amici alienigenæ cum percrebuerit rumor acerbus & nuntiarit iis dispeniisse eum, qui dimidium animæ erat eorum? quid clientes, quorum egit caussas acerrime, & propulsavit injurias? quid nos, qui vidimus antehac florentem, nunc au-

autem porrectum jacentemque in hoc feretro intuemur? O jactura communis flebiliter comploranda! Sed quoniam accepta est jam plaga atque ea insanabilis, medicina qua possumus foveamus: nimirum primo parentemus ei more majorum; ipsum deinde eo, quem meret & exspectit a nobis honore, prosequamur. is autem est honor potissimus, ea gloria maxima, si quæ multa nobis pro documento reliquit ante oculos, quoad anima spirarimus nostra, habeamus. Quapropter cum quanto studio & cura pacem, requietem, felicitatem Francisco sumus apprecaturi, cum tanto ejusdem illustria facta imitemur, & exempla sequamur.

ANIMADVERSIONES.

(a) Alluditur ad Herculem, de quo Cic. lib. I. de officiis cap. XXXII. ita disserit: *nam quod Herculem Prodicium dicunt (ut est apud Xenophontem) eum primum pubesceret) quod tempus a natura ad deligendum, quam quisque viam vivendi sit ingessurus, datum est (exisse in solitudinem atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, cum duas cerneret vias unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi melius esset, hoc Herculi jovis satu edito potuit contingere &c.* Quam eandem sententiam Virgil. in carmine de Littera Y expressit ita poetice:

Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni
Humanæ vitæ speciem præferre videtur;
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemque aditum primum spectantibus offert;
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
Molle ostentat iter via lata, sed ultima meta
Præcipitat captos, volvitque per ardua saxa;
Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemque decusque parabit.
At qui desidiam, luxumque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inopsque simul miserabile transigit ævum.

Quapropter ut habemus a Gellio in scholis puerilibus erat hoc luculenter ac brevibus & rotundis verbis inscriptum apophthegma: *ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει, ἄν τι ποιή-*

σῃς

σης αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει *si quid egeris honestum per laborem, labor abit, honestum vero manet, si quid feceris turpe per voluptatem, abit voluptas, turpitudo manet.*

(b) Nimirum Odyſ. x. v. 232. & ſeqq. inducitur ab Homero Eurylochus elapſus ab illecebris Circes, quibus tamen irretiti fuerunt ceteri ſocii.

(c) Sic deſcribitur ab Hom. Odyſ. x. v. 304. & ſeqq.

Ρίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος,
Μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί: Χαλεπὸν δὲ τ' ὀρύσσειν
Ἀνδράσι γε θνητοῖσι.
Radice quidem nigrum erat, lacti vero ſimilis flos,
Moly autem ipſum vocant dii; difficile autem effoſſu,
Viris mortalibus.

Hoc autem moly Mercurius præbuit Ulyſſi, ne evaderet, ut alii ſocii illecti a voluptatibus Circaeis, animal Monſtroſum. Ibidem.

(d) Videre Nepotem in Cimone §. 11.

(e) Idem Nepos in Phocione §. 1. ſcripſit: *Hic* (Phocion) *cum a Rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret &c.* Quamvis plutarchus & Helian. 11. 9. alia omnia a Nepote ſentiant. Enimvero putant illi potius Alexandrum M. Philippi F. centum talenta, & mox unam ex quatuor urbibus Aſiæ obtuliſſe Phocioni.

EXPLICIT.

Adm. Rev. Dominus D. Aloysius Carolus Federici S. Th. Prof. perlegat authographum operis superius enunciati, & scripto referat. Die 7. mensis Februarii 1805.

F. Rossi Can. Dep.

Eme ac Rme Dne.

Opus inscriptum: *Poëmata &c. Crescentii Corvino*; quod jussu tuo Eme Princeps magna cum voluntate perlegi, nihil quod Catholicæ Doctrinæ Dogmatis, & morum sanctitati adversetur vel minimum exhibet. Qua de re, si Tua voluntas accesserit, typis mandari posse non renuo. Neap. ex Bibliot. Brancat. die X. Februarii 1805.

Eme ac Rme Dne.

Obsequentissimus ac Devotissimus
Aloysius Carolus Federici.

Visa relatione Domini Revisoris imprimatur. Die 16. *mensis Februarii* 1805.

DOMINICUS PESCE V. G.
F. Rossi Can. Dep.

U. J. D. D. Joannes Baptista Graziosi perlegat, & in scriptis referat. Neap. die IV. mensis Novembris 1804.

Fr. Aug. Cap. M.

S. R. M.

Opus quod inscribitur: Crescentii Corvini Carmina, & Prorsæ collecta e multis quæ supersunt, jussu M. Tuæ perlegi, in eoque nil occurrit quod rectis moribus & Majestatis juribus adversetur, quin & ornatissimos

mos refert versus, solutasque orationes latina venustate conspersas, ut summopere delectent, & juveniles animos ad hæc studia colenda, quod est optandum maxime, alliciant: quapropter typis edi posse censeo. Neap. pridie Kal. Octob. 1804.

Joannes Baptista Graziosi Dragolovich.

Visis approbatione Regii Revisoris D. Joannis Baptistæ Graziosi Dragolovich, Relatione Reverendi Regii Capellani Majoris, Consultatione Regalis Cameræ S. Claræ, ac Regali Rescripto de die 8. currentis mensis, & anni &c.

Die 17. mensis Decemb. 1804. Neap.

Regalis Camera S. Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma præsentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Regii Revisoris; Verum non publicetur, nisi per ipsum Revisorem facta iterum revisione affirmetur quod concordat, servata forma Regalium Ordinum; ac etiam in publicatione servetur Regia Pragmatica. Hoc suum &c.

CIANCIULLI FRAMMARINO
V.A.R.C.

Illustris Marchio de Jorio P. S. R. C. & ceteri Spectabiles Aularum Præfecti, tempore subscriptionis impediti.

Izzo Cancelliere.
Reg. fol. 53.

De Marco.

Reg. fol. 20.
Lama.